℥. ß. ꝛ cū oleo ro. ꝛ aceto dissolue ꝙ postea
frōti ꝛ tēporib⁹ applica. Et ego alias addi
di paꝝ farine fabaꝝ ꝛ ē mirabile. De his
plura ī sequētib⁹ capitul' describtur⁹ sum
que huic capl'o forsam cōuenire possunt.

Duodecimū capl'm qual'r flegma dolo
rem capitis efficiēs digerēdū sit ac tā per
medicīas solutiuas ꝙ̄ caput purgia sternu
tationes. gargarismata ꝙ̄ p masticationes
euacuari debeat.

Et si flegma dolorem capitis
efficiēs m'tiplex eē possit hic
tamē comunē oīb⁹ curam de
scribā. medic⁹ itaqꝫ suo cāu
ꝯueniētiora medicamia ex īfrascriptis eli
gat. nā ī uiscoso magis flegāte potētiorib⁹
īcisiuis utēdū erit ꝛ s̄m exigētiā ī aliis ad
hūc modū fiat. ut ergo ad actū praticū de
ueniā esto flegma peccet. psepe tū patiens
iuuenis ac uenosus existit cōuenit quo in
cāu flobothomia op⁹ ē. sed p⁹us eēs super
fluitates educende sunt.
Quod si cum clisteri. ℞. sticados malue
floꝝ camomile floꝝ borag. sumitatum cau
lium ru an̄. ꝟ. i. fiat decoctio de qua ac
cipe lb. i. ß. ī q̄ dissolue cassie pulueris zu
cari an̄. ℥. i. yere pigre: ℥. ß. ul' dyafinicōis
seu electuarij idi tm̄ deī olei cōie. ℥. iij. sal'
triti. ℥. i. fiat clistere. Qō si p ienitiuū pota
bile poti⁹ efficere uolueris. ℞. cassie aut
māne. ℥. i: ß. dissoluat̄ cū aq̄ lactis uel aqua
decoctionis ciceꝝ ru. uel aqua zuccari ru.
seu aqua mellis ul' cū brodio pulli adden
do mellis ro. ℥. i. ꝛ fiat pot⁹ quē tuo infir
mo ī aurora propina. Comunib⁹ supflui
tatib⁹ eductis ubi flōia op⁹ sit eam facc.
Deide si materiā pp m'titudinē minorar̄
necesse sit ex īfrascriptis solutiuis tibi unū
elige ī minori dosi quasi si materia digesta
foret exhibēdū. Ad eā vo postea que re
māserit digerēdū. ℞. mellis ro. co. oximel
lis squilitici ꝛ si foret descriptiōe democri
ti meli⁹ eēt. an̄. ℥. i. ß. aquaꝝ betōice feniculi
ꝛ floꝝ sambuci an̄. ℥. ij. pro duab⁹ uicibus
misce. Quod si tū clarificare libet aro
matizet̄ cū nuce muscata: Uel aliter. ℞.
oximellis simplicis. sirupi desticados an̄.
℥. i. ß. cū prescriptis aquis ut p⁹us facito ꝛ
tociēs de sirupo dabis donec mā digesta
tibi uideat̄. Interea tamē bonū erit cli
stere pscriptū aliquotiens īponere. Et
ubi sirupū magistralē huic casui ꝯueniētis
simum exhibere uolueris. ℞. isopi sicce

cuscute calamenti betonice maiorane florũ rosmarini florꝝ sambuci thimi cordumeni leuistici an̄. M. ß. sticados. M. i. ß. passularꝝ ʒ. ß. radicu3 peonie feniculi apij an̄. M. ß. fiat decoctio cũ. lb. iij. mell' ɀ. lb. ß. aceti sqlitici. et fiat sirupus aromatizat⁹ in rebus ĩfra scriptis. ℞. nucis muscate. ʒ. i. seminis peonie. ʒ. ß. ɔquassent. ɀ in petia rara ligẽtur ɀ cũ sirupo ad pfectionẽ dequoquantur. in eo semp buliat interdũ petiã illã cõprimẽdo. De tali sirupo cũ pscriptis aqs ʒ. i. ß. p uice detᷓ. Materia digesta cũ. ʒ. i. seu. ℈. iiij. pillularꝝ cociarꝝ descriptione almãsoris educẽda erit. aut cũ tñdem pillularꝝ turbithidarꝝ seu aurearꝝ. Sꝫ si per potionẽ id potiꝰ infirm⁹ pdiligeret fieri. ℞. cassie. ʒ. i. diafinicõis. ʒ. ß. dissoluat cũ decoctione sticados maiorane ysopi cuscute thimi liquiricie passularu3 ɀ extracta cassia. ʒ. i. sirupi de sticados addat. et potio fiat. Uel al'r. ℞. turbith abrasi. ʒ. iij. ʒʒ. ʒ. i. infundatur in. ʒ. iiij. pdicte decoctionis ɀ horis. iij. in infusione dimissis fortis expressio fiat cui postea siru. de sticados adde. ʒ. ß. ɀ optime facias in forma boli. ℞. diafinicõis. ʒ. ß. uel. ʒ. v. pul'. sticados pul'. seminis peonie an̄. ℈. i. zuccari q̃tum sufficit. ɀ bolus daurat⁹ fiat. In formã pul'. ℞. turbith. ℈. iiij. ʒʒ. ʒ. ß. seminis peõie sticados. ℈. i. zuccari ad põdus oium. ɀ fiat puluis quẽ cu3 brodio aq̃ lactis aut uino calido sumat. Pluribꝰ ĩ locis materie flegmatice cõuenientia solutiua descripsi. Digestiua quoqꝫ ɀ precipue in eo de febri. q̃ obrẽ hic sic breuiter ptrãsiui. Sꝫ in casu illo memor esto capiti aliquid appropriatũ tã digestiuis q̃ in solutiuis ipis adiungere. Sane materia talis raro aut nũq̃ tota pot p talẽ purgationẽ educi. sꝫ ei⁹ parte maiori p uniuersalẽ purgationẽ educenda solem⁹ ad pticularia euacuãtia deuenire. qđ p caputpurgia sternutatiões gargarismata masticatiões fiet cõuenieter. Quãtum uero ad caputpurgia bis uti poteris q̃ pcedẽti cap'lo descripta sunt. Et ubi fortius succ⁹ foliorꝝ enule cãpane p se. aut succus yreos aut caulium cu3 lacte mulieri mixt⁹ per nares attract⁹ uel parꝝ succi cucumeris asinini cũ aq̃ maiorane cõmisce ɀ idẽ fiat. Et si naribꝰ prurit⁹ aut ardor restet cum calida aq̃ lauent. aut oleu3 uiolatum p nares attrahat. Uel nigella p die3 cum sua nocte infusa in aceto permaneat. deinde exicet. postea teret cum aq̃ maiorane seu decocitõe eius per nares attrahat. hoc. n. caput suauiter purgat. Nõnulli nigelle loco castoreo utunt. Alij cu3 aq̃ maiorane seu ei⁹ decoctiõe hyerãpigrã benedictã seu aureã alexãdrinã dissoluunt. plurimi quoqꝫ succum rute capiunt. ex q̃ ex pdictis aliqđ unum miscet. ɀ caputpurgiũ faciunt. uel de felle anceris cum lacte mulieris parꝝ misce. et idẽ facias. nã prescriptorꝝ quidẽ ɔueniẽs caputpurgium.

Sternutatoriũ uero cũ puluere piperis piretri seu alteri⁹ aromatis acuti aut cum puluere radicis el'bori albi cõueniẽter fiet. Gargarisma ãt sic facias. ℞. ysopi sicce. M. i. thimi saluie an̄. M. ß. passularu3 corticũ capparorꝝ an̄. ʒ. ß. sinapis. ʒ. ß. cõq̃sent. et fiat decoctio de q̃ accipe. ʒ. iiij. oximellis sq'litici. ʒ. ij. misce. ɀ cũ eo mane stomacho uacuo gargariza potes ĩ decoctione piretrũ cõquassatũ addere aut piper. et erit huic casui ualde cõgruũ. sed masticatoriũ cõueniẽs sit cũ mastice granis pipis nigri quidẽ additis aut cubebarꝝ uel parũ ex radicũ capparorꝝ corticibꝰ. Uel facias sic. ℞. macis. ʒ. i. piretri. ℈. ij. staphisagrie corticũ radicũ capparorꝝ cubebarꝝ an̄. ʒ. ß. sil' oia cõquassent ex qbus saccellus ex tella fact⁹ impleat. quẽ tũc infirm⁹ mane stomaco uacuo per dimidiã aut p horam itegrãm masticet semper qđ in ore pfluit expuẽdo. Uel facias sic. ℞. pipis nigri staphisagrie an̄. ʒ. i. passularꝝ enucleataru3. ʒ. ij. misce. ɀ ut supra sil' oia masticentur. Habes ergo tã uniuersalẽ q̃ pticularem modũ q dolores capitis efficit euacuandi mei qđ ĩ oĩ tpe deuertere multũ pdest. q ut precedẽtibꝰ dictũ ẽ cũ uentosis ligatis fricatiõibus ɀc. cõuenieter fiet. Cũqꝫ predicta facta fuerint ad capitis confortationẽ doloris sedationẽ seu alicuius male cõplexiõis remotionem alia fiẽda sunt. de qbus te in sequẽs capm copiosiu3 faciet.

Decimum tertium capm de his q̄ uicio flegmatis doles cōfortāt ac dolorē sedāt. Et malaȝ cōplexionē frigidā si q̄ derelicta uel q sola dolorem capitis effecerit remouent. Et de sex reȝ nō naturaliū regimine.

Quę caput cōfortant dolorem ac lā cōplexionē frigidaȝ si qua derelicta sit amoueant sunt in pn̄ti capo describēda. Sed hoȝ nullum nisi materia euacuata ant eius pte maiori nunq̄ facere p̄sumas. Et ista sunt sacellatōes unctiōes epithimata embrocatiōes ⁊ emplastra.

Quātum ad primū accipe sal minutū ⁊ cū milio sacellū imple quē calidus tonso capiti suppone cū cū infrigidari incipit calidius renouādo. hoc.n. si multotiens fiat caput calefacit uētositatē resoluit ⁊ dolorē sedat. Uel facias sic. ℞. baccaruȝ lauri olibani sandarace añ partes eq̄les. Ex his sacellū reple quē sup cadēteȝ laterē asper sum aceto calefacias ut supra capiti suppone. Aliq p̄scriptoȝ loco sacculo ex granis sinapis cū semine nasturcij repleto ⁊ ut p̄ us calefacto usi sunt. Ul' imple ex pulegio sacculū aut camonila bethonica absinthio meliloto brancha ursina uel aliquo taliuȝ q̄ ut supra calefacto utere. Reperiunē.n. q̄plurima q̄ ad sil'es fiēdas sacellationes peroptima sunt. et talia p horam aut duas cōtinuāda erūt. Sȝ ad cerebri ⁊ totius capitis cōfortationē sepenumero infrascripto sacculo usus quē p aliquot mēses patiens in capite cōtinue defert ⁊ ipē. ℞. florū camonille bethonice berbenę maioris ac absinthi sicci rosaȝ rubeaȝ sticados florum rosa. añ quartā parteȝ unius. M. sandarace. ℥. ß. folicul ex fenegrana tinctoȝ añ. ʒ. ß. ligni aloes. ℈. ij. Et si addenē. ʒ. i. ambre eēt melius. ꝯquassentur ⁊ fiat ex sindone de grana ad bireti formaȝ sacculus imbastatus qnē ex rebus p̄scriptis facias. et taȝ dic q̄ nocte in capite deferat. Unctiōes aut ex oleis calidis ut anetinū camo. de costo de lilio yrinū de spica ⁊ cōsil'ibus i hō casu ualēt multuȝ. Uel facias sic. ℞. pulueris costi i spicę celtice castorei mirtilloȝ añ. ʒ. i. olei de costo. ℥. ij. cere paȝ. ⁊ fiat unguētum. Uel aliter. ℞. olei yrini aut de lilio. ℥. ij. olei anetini. ℥. i. pulueris radicis yreos. ʒ. ij. castore. ʒ. ß. folioruȝ rutę siccę bacbaȝ lauri añ. ʒ. i. cere paȝ. ⁊ fiat unguētuȝ cū quo timpora ⁊ caput ilinias. Uel hēas costū puluerizatū quē cum succo rutę misce. ⁊ ex eo frōtem ⁊ timpora epithima uel ex mitridato cū succo mētę distemperato idē facias. uel ex succo calamēti cū succo ūpitę mixto. ul' ex succo apij solo seu sauine actu tn̄ calido. Uel accipe cinerē capil'. q̄i modico laudani addito cuȝ succo rutę aut betonicę misce. et ut supra epithima fiat. hoc.n. ultra credibile caput calefacit. Ego āt i isto casu aq̄ ardēti sepenumero usus sum. ⁊ ē in casu isto domesticū ac cōueniens satis epithima. Embrocatio uero huic casui cōueniens hoc mō fit. ℞. betonice sticados camomille folioȝ lauri lauādule absinthi succi rutę pulegij añ ptes eq̄les buliant i aq̄. olei cōis sexta parte addita. ⁊ ex tali decoctione embroceē caput. alij radices cucumeris asinini i aq̄ et oleo ut supra ꝯquoqūt. ⁊ ex tali decoctiōe embrocationē faciūt. ⁊ ex cōtritis radicibus emplastrū successiue. Embrocatiōe iā ista ⁊ emplastratione successiue inquit Auic. prima tertij de cura emigranee q̄ materia lis quidā indifferēter omnes alias emigraneas curabat. Et ut ad emplastra omnia deueniā hoc summe laudat. ℞. bacarū lauri origani añ. ℥. i. fiat puluis ex quo cuȝ folijs betonica cōfectis aut eius succo ēplastrū face. Uel facias sic. ℞. olibani masticis añ. ℥. i. sanguinis dracōis boli armeni añ. ℥. ß. incorporeē cū succo urtice gre. aut cū ea cōtrita. ut supra fiat emplastrū. Uel facias sic. ℞. brāce ursine cētauree minoris betonice urtice añ ptes eq̄les de quo quautur cū tribus uini partibus et olei anetini quarta pte. ⁊ fiat emplastrū. Et alij fabas decoctas cū decocto iaȝ alco pistāt. ⁊ emplastrū faciunt supra. ⁊ ubi dolor importunus foret seu ut plerūqȝ accidit itolerabilis i q̄ uis p̄scriptorū adde paȝ opij. q̄d ego sepe feci. ⁊ mihi dono dei bn̄ successit. Et hic medicinaliū reȝ esto finis. Quātū uero ad sex reȝ nō naturaliū regimē ex carnibus utatur mōis duoȝ dentiū lactātis uituli. p

dicis·fasiani auium rubaliũ galinarũ iuue
nũ caponũ et simlliũ fruct⁹ deuitet·pisces
quoq3 fercula de pastu ⁊ legumia· uinũ tẽ
perate limphatũ bibat·plurimũ exercitiũ
sibi ꝯuenit ac anq̃꜡ surgat tibiaꝝ coxaru3·
ac ceteroꝝ mẽbroꝝ fricatiões ĩ reumatica
camera nõ dormiat·calidũ caput teneat ac
tõsum·⁊ cũ mane aspso pãno confricet ac
pectinet·⁊ si pecten ex arietis cornu foret
nihil supra· Sit somn⁹ solito breuior·⁊
bñficium uẽtris õi hẽre pcuret·Ad qõ ha
bendũ si natura lenta foret cu3 clisteri pre
scripto iuuet· ¶ Decimũ quartũ capl'm
de cura doloris capitis q a mel'ia puenit.

u Bi melãcolia dolorẽ capitis effe
cerit totũ regimẽ sex rez non na
turaliũ ad calidũ ⁊ hũidu3 decli
net facito. ¶ Legumĩa quoq3 uitet·porros
cepe aleũ carnes anat· anceris cerui lepo
ris ⁊ sil'ium·uinũ debite limphatũ bibat·
Uitã ducat letã·tẽperate se exercitet· sit ĩ
uictu sobri⁹·et uẽtris õi die debitũ hẽre p
curet ĩ q̊ si natura pigra foret·cũ ĩfrascrip
to clisteri iuuet·℞·maluaꝝ matrum stica
dos blitis mercurialis añ·M·i·fiat decoc
tio de q̃ accipe· lb··i·ß·in q̃ dissolue cassie
pulueris zuccari añ·℥·i· hyerepigre· ℥·ß·
olei cõis·℥·iij·salis triti paꝝ·⁊ fiat clistere
¶ At si lenitiuã potionẽ infirm⁹ tuus ꝑdi
ligeret·℞·capilloꝝ ueneris floꝝ boragis
buglos·sticados maiorane·camedrios añ·
M·ß·prunoꝝ numero·vi·tamarindorũ·℥
ß·epithimi·M·ß·fiat decoctio cũ q̃·℥·i·ß·
cassie aut mãne dissolue·⁊ sirupi de stica
dos et uiol'·añ·℥·ß·adde ⁊ fiat pot⁹ quem
alia sine custodia ĩ firmo tuo ĩ aurora ꝑbe·
¶ Sane ⁊ si raro accidat reperiẽ tñ infdũ
paties iuuenis uenosus ac flebothomie as
suetus qui in hoc gradu a minutõe grãde
iuuamẽ assequeret· ¶ Supfluitatib⁹ ergo
cõibus eductis ubi opus fuerit cephalicã
incide aut nigrã·his factis si materiam mi
nuere libet decoctioni ꝑscripte folliculoꝝ
sene ac polipodij añ·ʒ·ij· adde et cum tali
postea decoctione cassie·℥·i·dissolue diafi
niconis ꝯfectionis amech añ·ʒ·i·sirupi de
sticados sirupi uiolarũ añ·℥·ß·⁊ fac potũ·
uel facias sic·℞·agarici·ʒ·ij·salis gẽme·ʒ·
ß·℥℥·pulueris sticados añ·℈·ij·infundanẽ
in aqua lactis uel in descripta decoctione
addẽdo·℥·ß·oximell' squirici et horis·xij·
in ĩfusiõne dimissis fortis fiat expssio· cui
adde·℥·i·cassie cũ decoctione suprascripta
dissolue· ¶ Et si ad hãc intẽtionẽ bollu3
uolueris·℞·diafiniconis·ʒ·i· confectionis
amech·ʒ·ii·ß·seminis peonie sticados añ·
℈·i·zuccari quãtum sufficit·⁊ fiat bollus·
In pillulaꝝ forma·℞·pillulaꝝ indarũ uel
de lapide lazuli·℈·ij· pill'·cocciaꝝ almãso
ris·℈·i·fiant pillule·vij·cum his solutiuis
uel alijs equalẽtibus materia minorata·nã
plurima alia sunt solutiua huic ꝓposito fa
ciẽtia alijs ab auctorib⁹ posita ad residui
digestionẽ·℞·oximell' sqlitici·⁊ si descrip
tione democriti fuerit qua3 mesue recitat
ꝑualebit·℥·ij·sirupi uiol'··℥·i·aque buglo
se melisse scolopẽdrie uel floru3 sambuci
añ·℥·ij·ꝓ uicibus duab⁹ misce·quẽ si clari
ficare libet cũ nuce muscata cũ aromatiza·
¶ Uel ꝑscriptaꝝ aquaꝝ loco infrascripta
utere decoctione·℞· capilloꝝ uene stica
dos scolopendrie floꝝ boraginis ⁊ buglo
se añ·M·i·ß·ligricie passulaꝝ añ·℥·ß· epi
thimi·M·i·⁊ fiat decoctio·⁊ si huic ꝓposi
to sirupũ magr̃ale3 faciẽte3 hẽre uolueris
℞·sticados camedreos scolopẽdrie melis
se floꝝ boraginis ⁊ buglosse añ·M·i·radi
cũ apij feniculi corticũ radicum caparorũ
añ·M·ß·passulaꝝ folliculorũ sene polipo
dij añ·℥·ß·epithimi·M·i· fiat decoctio et
cu3·lb·iij·zuccari et·lb·ß·aceti squilitici si
rupus aromatizat⁹ cũ nuce muscata fiat·q̊
prescriptoꝝ loco utere· Materia digesta
q̊uis ex solutiuis prescriptis dato dosim
ßm ꝙ tibi uidebiẽ adiungẽdo ad materie
digestionẽ ꝓut sepe dictũ ẽ face· ¶ Cunq3
uniuersalis purgatio facta fuerit si ꝑticu
lari opus erit·caputpurgijs sternutationi
bus et cetera in capl'o precedenti descriptis
utere·⁊ sic primũ ordinẽ obserua· ¶ Uer
ex decoctione maiorane seu eius succo ma
gis sit cõueniẽs huic proposito caputpur
giũ q̃꜡ ex alijs· ¶ Decimu3 quintũ cap[m]
de his que cuiq3 dolori capitis indifferẽ
ter appropriate ualent.

u Tãmodo cure doloris capitis ꝑ

proprietatē euenientis finē faciam. nōnul la cuiqȝ dolori capitis indifferēter appropriata inscribere hic libet. ut est turturis aquatice sanguis fronti ac timporibus illinitus. hic. n. capitis quēlibet dolorem sedat. Anulus itē in quo pars umblici infantis nati recēter includitur gestatꝰ. in digito ab oī dolore capitis hominem preseruat. Idē quoqȝ facit muris caput ī linea pctia inuolutū. ꝛ continue super se portatum. Aqua uero plinius inquit. que post potū bouis uel asini remansit ab infirmo potata dolorē omnē capitis illico sedat. Si os uerticis aquile in corio cerui ligetꝰ. ꝛ dextrū supra timpꝰ dextrū dolens apponatur uel sinistrū supra sinistrū indilate dolorē illū remouet. ¶ Iteȝ si pars dolēs capitis dextra ꝛ arietis dextro cornu pectine facto caput pectinetꝰ. statim illius partis dolor soluitur. ac ēt si pars sinistra ex pectie ex sinistro cornu facto pectinetꝰ. ¶ Si limacie testis amotis frōti illiniatꝰ dolorem sedāt. Ex berbena boligario pulegio seu politrico corona facta et capiti supposita mirabiliter capitis dolorē sedant. Et idem facit plātago suspensa collo. Gilbertꝰ. Pectinatio capitis cū pectine eburneo ualet ī oī dolore capitis. ¶ Decimū sextū capitulum de cura doloris capitis.

S Uperest dolorē capitis per communitatē factū curandi nunc modū inscribere. si igitꝰ ex uitio capitis fiat ex descriptione in. 13° capº facile deprehēdes. Et tūc cū aq̄ tepida ꝛ aceto ꝛ modico olei cōis permixta uomitū puoca. ubi. s. īfirmꝰ tuus hoc leuiter faciat. uel. ℞. sirupuȝ acetosum simplicē cū aq̄ raffani. aut oximellꝭ simplicis seu cōpositi uel sqlitici. uomitu facto dētes cū uino lauētur calido. At ubi p successum materiā educere uolueris ꝑm exigētiam eā post digeras. uerbigrā si colera pura fuerit. ℞. oxizacare simplicis. ℥. i. ß. aquarū endiuie absinthi cicoree aā. ℥. i. p una uice misce. Si colera citrina. ℞. sirupi de bisantijs. ℥. i. sirupi acetosi simplicis. ℥. ß. aque endiuie feniculi absinthi aā. ℥. i. misce p una uice. si colera uitellina ℞. oximellꝭ simplicis. ℥. i. ß. aque absinthi fenic. cicoree aā. ℥. i. misce pro una uice. Et si pdictos sirupos ut magis dlicati sint clarificare libet receptas dupla et cū cinamomo eas aromatiza. Digesta materia in casu primo. ℞. cassie. ℥. i. electuarij de succo rosarū. ʒ. iij. sirupi uiolꝭ. ℥. i. dissoluātur cum decoctione prunorum tamarindorum capillorū ue. florum boraginis buglosse uiolarū liquiritie ꝛ passularum. et fiat potꝰ. In casu secundo loco electuarij de succo rosaruȝ diafiniconis tm̄dem pone. Uel facias sic. ℞. reubarbari. ʒ. ij. ß. spice grana. iiij. infundātur in aqua lactis uel aqua absinthi uini albi par addēdo ꝛ boris. x. in infusione dimissis fiat fortis expressio. Cui adde cassie ut supra distēperate. ℥. i. ꝛ sirupi uiolati tm̄dē. ꝛ fiat potus. Si per pillulas da pillularū de reubarbaro. ʒ. i. ꝛ harū loco ī colera citrina aut uitellina pillulas aggregatiuas exhibe. per bolluȝ in colera pura. ℞. electuarij de succo rosarū. ℥. ß. zuccari q̄tū sufficit. et fiat bolus. pro colera citrina uel uitellina. ℞. diafiniconis. ℥. ß. et cū zuccaro bolū fac. ¶ Et qa in passionibus stomaci d sirupis huic proposito pertinētibꝰ te deo duce copiosum faciā. his paucis uolui eē contētus. At si effumans materia ad caput dolorē efficiens flegma fuerit qualecunqȝ illud sit si cōmode potes p uomitū eā educas ubi non sit eam digeras. ℞. oximellis squilitici. ℥. i. ß. sirupi. de radicibꝰ acetosi ℥. ij. aquarū absinthi apij feniculi aā. ℥. ij. p uicibus duabus. Et si delicantie gra eū clarificare uolueris aromatizetꝰ cum cinamomō. ¶ Materia digesta cū pillularum cochiarum. ʒ. i. seu. ℈. iiij. ʒʒ. ℈. ij. zuccari ad pondus omniū. ꝛ fiat puluis quē pro una uice totū prebe. Aut. ℞. cuscute ysopi capilꝭ ue. aā. ℳ. i. liquiritie passularum aā. ℥. ß. fiat decoctio ī q̄ cassie. ℥. i. dissolue diafiniconis. ʒ. iij. ulꝭ hyere pigre. ℥. ß. mellꝭ ro. ℥. i. ꝛ fiat potꝰ. ulꝭ ℞. hyere pigre. ʒ. vi. zuchari quātū sufficit ꝛ fiat bolꝰ. his gꝰ ulꝭ alijs solutiuis ī pprijs caplꝭis dscribēdis mā euacuata cū ɔfectionibꝰ unguētis pulueribus ꝛ alijs put idē passiōibꝰ stomaci reperies cū ɔforta. ¶ Materiā autē melicam si uomitu euacuerꝰ nō potes. ℞. sirupi d bi

zãtıȷs.ʒ.ij.ſirupi uiolati.ʒ.i.aquaꝝ bugloſ
ſe ſcolopẽdrie floꝝ ſãbuci au t fumiťe añ
ʒ.ij.ꝑ duab⁹ uicib⁹ ⁊ ubi clarificeť cũ cia
monio aut ligno aloes aromaticeť. ¶Ma
teria digeſta cũ.℈.ij.pill'aꝝ ꝺ lapide lazuli
ſeu idaꝝ ⁊.℈.i.pillu.ſtomaticaꝝ ãt cotiaꝝ
eã euacues/uel ſic.℞.foliculoꝝ ſenetarta
ri añ.ʒ.i.thimi.℈.ijʒʒ.ʒ.ß.zucari ad põd⁹
omniũ ⁊ pro una doſi fiat puluis./Uel ſic.
℞.ſcolopẽdrie yſopi cuſcute capil'.ue.flo
rũ borag.buglоſſe lupuloꝝ añ.q̃rtã ꝑtem
uni⁹.M.ſene.ʒ.ij.polipodij.ʒ.i.ß.ligricie
paſſulaꝝ añ.ʒ.ij.ß. epithimi.M.ß. decoc
tio ĩ qua.ʒ.i.ß.caſſie diſſolue. ꝯfectionis
amech.ʒ.ij.ß.diafiniconis.ʒ.i.ſirupi ꝺ radi
cib⁹ ſine aceto.ʒ.i.fiat pot⁹ ¶In boli for
mã ℞.ꝯfectiõis amech ʒ.iij.diafinicõis.ʒ.i.
ß.zucari quãtũ ſufficit ⁊ fiat bol⁹ ꝺaurat⁹
¶Plurima ad hoc propoſitũ faciẽtia deo
duce ĩfra reperies qua ex cã de his ĩfra ex
ꝑte trãſiui.Sic g̊ ul'aliť euacuata materia
pro ꝯfortacione ſtomaci ſi op⁹ fuerit ap ꝓ
pria q̃ ſi de⁹ uoluerit hoc ꝯpleto tractatu
lo deſcribã capitula trãſiui.Quãtũ ad ci
bi ⁊ pot⁹ ĩfraſcriptis omnib⁹ caſib⁹ regi
mẽ ꝯueniẽs omnia cibaria q̃ ad caput faci
le fumãt uitãda ſũt.ut porri cepe aleũ cau
les nuces pãis loleati⁹ ⁊ ſimilia. Uinũ de
bile bibat ĩ fine ꝑſt⁹ reppellẽs fumos ali
quid ſumat ut paꝝ diacitonitẽ de zucharo
ſine ſpecieb⁹.ul' aliquot coriãdros ꝑpera
tos ſeu modicũ panis aſſi.poſt tamen hoꝝ
comeſtionẽ nichil bibat de die nũꝗ dormi
at per horas ad min⁹ duas añꝗ uadat dor
mitũ maneat poſtꝗ nihil bibat. Et qa do
lor capitis uicio ſtomaci ꝓueniẽs plurib⁹
ẽ hominib⁹ poſtꝗ uelẽt familiaria ad eũ
ꝓculdubio pelle^m^ ĩfraſcriptas pillulas
mirabilles adĩueni ℞.ozimi gario.ro.ru
bearuz croci xilobalſamſami carpobalſa
mi ſticados ſpice lignũ aloes aſſari ſgnãti
ſe peonie.añ.ʒ.ß.dragagãti bdelij añ.℈.ij.
macis.ʒ.ij.radicis brionie.ʒ.v.aloes epati
ci.ʒ.iiij.ß.fiat cũ ſirupo de ſticados maſſa
ex qua cũ op⁹ fuerit pill'as ꝯfice de qbus
ſm exigẽtiaz tres aut qnqz ꝑ duas horas
añcenã ꝑbe ad min⁹ in eb domoda ſemel
ſtomacũ ꝯfortãt appetitũ incitãt ⁊ a pu
tridis humoribus cũ ſuauiť ſine ĩmoleſtia
purgãt uiſũ auditũ memoriã ac omnes ali
os ſeſ⁹ corroborãt ac caniciẽ tardãt. Hẽs
igiť q̃liť dolor capitis uitio ſtomaci ꝓue
niẽs curãd⁹ ſit tamẽ ſi aliqua mala q̃litas
in capite derelicta fuerit ĩ precedẽtib⁹ ca
pitulis modũ eaz pellẽdi iuenies. Sane ſi
epar ſi ſplẽ ſi renes ſi matrix ſiue aliud ꝗ
uis mẽbrũ doloris capitis cã fuerit ĩ illo
mẽbro peccatũ exiſtẽs corrige.Et hoc ĩ ca
pitulis ꝓprijs regre.ĩ qbus taliũ mẽbroꝝ
uicia curãda deo ꝑmittẽte deſcribã.nã ſi
capitis dolor ab eis pẽdeat ill' curatis et
dolor ⁊ ſepe quoqz ut habitũ. ẽ tã olẽtiũ
ꝗ redolẽtiũ odorũ cã dolor capitis ĩduci
tur.⁊ hoꝝ cura odoꝝ ꝯrioꝝ olfatio.Et ꝯſi
miliť qlibz dolor capitis a quauis extrĩſe
ca cã ꝓueniẽs ſi ea ad ꝯriũ ꝑmuteť illũ do
lorẽ curabis..Quod ſi aliqua mala q̃litas
reliquať ut eã pellas a ꝑcedẽtib⁹ ſuccurſũ
pete. Poteſt iť dolor capitis ab apãte ꝓ
uenire cui⁹ cura eſt illi⁹ apãtis cura quaz
auxiliãte deo in ꝓximis capl'is dicturus
ſũ. Et ſi febris dolor illi⁹ fuerit cã ꝓut in
meo de fe. te docui febrẽ cura ⁊ aſcẽdẽtes
fumos cũ oleo ro.aceto ꝑmixto frõtẽ et ti
pora epithimãdo repelle. Qꝺ ubi ad hãc
ĩtẽtionẽ alijs tibi op⁹ fuerit ſupra ad quar
tũ capl^m^ uade. ¶Et quia ad omniũ capitis
doloꝝ ꝯplẽdam curam ſuccurſũ nõ ſoluz
a precedẽtib⁹ ſed etiã a ſequẽtibus qbus
dã capl'is petẽdũ ẽ ꝑſeť capl'i hic finis eſto

¶Tractatus ſecũdus de uertigine et ſco
tomia.duo continens capitula.

¶Primũ capitulum quid ſit ṽtigo et ſco
tomia:et que ĩporum ſunt cauſe.

Quiuſlibz doloris capitis ꝑ ꝓprie
tatẽ attẽta cura ut domĩe freneſi
ꝑſẽtẽ locũ ac comodarẽ iam cal'az
ꝯprehẽderã ſz ecce dña ṽtigo ſua cũ ſororẽ
ſcothomia.Et ſi omĩa ĩquit mihi ĩ girũ de
uolui uideãť ⁊ ſorori mee circa oculos ue
luti uolãtes apparenat tamen recte iudi
cam⁹ ut loc⁹ ꝑſẽs nobis digne ꝯuẽiat.Que
ṽo aliť q̃ſi doloris capitis ſcꝺ^m^ ſpẽꝝ diṽſi

tatē curā recipim⁹. ¶ Cū igit̄ nos tibi mani
festas fecerim⁹ cās u̅ras ⁊ signa taꝫ ꝓnosti
ca q̄ꝫ demōstratiua descripseris q̄liter cu
rari debeā⁹ ad curā doloris nos remitte.
His auditis hūc locū potius q̄ꝫ frenesi da
re disposui cū illa cura in capl'is p̄cedētib⁹
iā posita sit. et ut rē stati aggrediar. ¶ Di
co ꝙ uertigo interdū accidit cū hō circula
riter seipꝫ mouet. q̄a sp̄ibus uisibilib⁹ cir
culariter motis non ita cito quiescūt. ⁊ ita
cū ille tūc uidet ī girū moueri putat. ¶ Fit
itē si rē circulariter motā q̄s diu īspexerit
q̄a species ille in organo uisus aliquādiu
reseruātur. ⁊ obiectū suum q̄ꝫ primo nō ali
ter moueri putāt. quo fit ut bonus hō ad
huc oīa ī girū moueri putet. ¶ Experiētia
eīm uidemus ꝙ siquis rē ualde lucidā ali
quādiu aspexerit. et ad aliā partem se uer
tat. rē illam se uidere interdū iudicabit. et
tadiu dōec ille species euanescāt. ¶ Cūq3
sepe anteq̄ꝫ abeant notabile t̄ps transeant
ɔcludebat magister me⁹ blasius permen
sis ꝙ stat uidere aliqd q̄d nō sit. q̄a sp̄eb⁹
illis fortiter imp̄ssis anichillat̄ seu corrum
pit̄ uisibile. et tunc per sp̄es istas tu iudi
ces ⁊ nō nisi obiectū cuius sūt sp̄es. quare
et cetera. ¶ Sed blasio cū ancillis dimis
so ad ꝓpositū de uertigine ꝓut supra cau
sata mētionē aliam facere nō intēdo. cū cu
ra per illoꝝ remotionē obiectoꝝ fiat. Sꝫ
uertigo de qua hic itendit̄ a uaporib⁹ sub
tilibus cū uētositate mixtis et in cerebro
seu in uijs spirituū debiliū genitis uel ad
alias aliūde uenientibus ꝓuenit. q̄ sp̄us uisi
biles ad idē existētes in giꝝ mouēt. pp̄ q̄d
extrinsec⁹ uisa moueri in giꝝ quoq3 uide
antur. Ex quo p3 ꝙ uertigo nihil aliud est
q̄ꝫ spirituū uisibilium in girū cōmotio pp̄
uaporē subtilē cum uētositate mixtū in ce
rebro ⁊ in uijs sp̄s exn̄te cāta p̄ quas pati
ens semp̄ uisa ⁊ interdū seip̄m in giꝝ moue
ri putat. ⁊ iō dr̄ uertigo a uerto uertis. ¶
Sed cuꝫ seip̄m uerti putat non se regit. et
cui appodiet querit et nō inueniēs cadit.
¶ Est tn̄ inter hāc et ep̄l'iaꝫ dr̄ia. q̄a ī ep̄l'ia
fit tortura spasm⁹ atq3 spuma in uertigīe
nequaq̄ꝫ. ¶ Scotomia fit a uapore grosso
existente in anteriori cerebri parte in uijs

.s. uisibilium spirituū qui nō circulariter
mouētur sed quiescūt illoꝝ sp̄ebus in hu
more cristallino receptis in sensu cōi simi
litudinē suam imprimūt. ⁊ sic bon⁹ hō ma
le iudicans nebulas muscas uel aliq̄d hu
iusmodi extra oculum se uidere putant. ⁊
iō dr̄ scotomia a scothos q̄d ē uisio. ⁊ mia
musca. q̄a uisio muscaruꝫ. q̄a scotho añ ocu
los suos muscas uidere putat. Alij dicunt
ꝙ scotos grece latine tenebra. nam scotho
maticus muscas nebulas uel talia se uide
re putat. uisus eius obtenebrat̄. pp̄ quod
quidā antiquoꝝ scothomiā tenebrositatē
oculoꝝ uocāt. Ex quo p3 ꝙ scothomia est
nebule muscaꝝ ul' cōsimiliū uisio pp̄ uapo
rem grossum in anteriori parte cerebri in
uijs sp̄s uisibilis existentē quietuꝫ. Ex q̄
bus p3 in q̄bus uertigo et scothomia diffe
runt. ⁊ in quib⁹ quoq3 cōueniunt. differūt
eīm q̄a uertigo a uapore subtili ueniēte p̄
mixto ⁊ in giro moto cāt̄ur. Scothomia
uero a uapore grosso quieto. cōueniūt aūt
q̄a in eisdē locis et ab eisdē cāis seu cōsimi
libus fieri pn̄t. ¶ Earū igitur cāe tā extri
sece q̄ꝫ intrinsece eē pn̄t. Extrinseca eē pōt
q̄libet non nat̄alis q̄ uaporē in cerebro ge
nerare uel ad eū mandare possit. Ut alleū
porri cepe caules legumina res in patella
frixe aīaliuꝫ interiora ⁊ potissime sāguis.
⁊ inter. fruct⁹ nuces. uinū itē potēs ⁊ maxi
mū nouū atq3 turbidū. Quātū uero ad re
rū q̄ circulariter mouētur intuitioneꝫ aut
reꝝ lucidaꝝ et taliū q̄ ut dictū ē interdum
uertiginē inducūt supra me absolutū feci.
In summa igr̄ he sunt haꝝ egritudinū cāe
extrinsece. Intrinsece uero eē pn̄t humor
q̄libet potens in cerebro uaporē generare
uel aliud ad euꝫ mittere. ut sanguis colera
flegma ⁊ ml'ia. Rasis tn̄ in suo cōtinente ī
quit ꝙ uertigo a flegmate ꝓueniēs accidē
tia epil'ie et nō uertiginis inducit. iō epil'ia
⁊ nō uertigo dici d3. Uerūtn̄ cū nec tortu
rā nec spumā spasmuꝫ neq3 aliud uideris.
eā in capl'o de uertigine et nō de epil'ia re
pone. Et sic hēs tā intrisecas q̄ꝫ extrisecas
haꝝ passionū cās. ¶ Et iterdū per ꝓprie
tatē interdū per cōītatē fiunt. ¶ Per ꝓprie
tatē cū uapor ille in cerebro et in uijs sp̄s

nisibil' generaẽ. per comuitatẽ uero qñ aliũde puta stomaco epate splene renib⁹ matrice uel mõ alio uapores eleuati ad cerebrũ pueniũt. ¶ Secundũ cap^m de signis vtiginis ꝛ scotbomie tam pnosticis q̃ demõstratiuis. et in quibus cura supra reperienda sit.

Nunc de signis ẽ dicendũ et prio demõstratiuis. unde si uertigo ac scotbomia ab extrinseca re fiant. patiẽtis uel astantiũ narratione cõprehẽdes. ¶ De intrinsecis ãt si a sanguine rubor erit in facie dulcescit os temporũ frõtis ac oculorũ sunt uene replete et in tpibus pulsant. ꝛ in toto ẽ lassitudo et grauitas et sanguis bora h^c magis ifestat. Est urina ruffa uel sub ruffa et pulsus magnus atq3 mollis et plenus. Et si ei⁹ regimẽ pcedẽs et simul huic assentiãt. id a sanguine puenire nullũ dubium erit. Si a colera oculorũ coniunctiua atq3 facies citrinaẽ. oris amaritudo sentiẽ adsunt uigilie. adest inflatio. et hora colere magis infestat. ¶ Urina est alba subtilis et ignea. pulsus uelox et durus. Etas aũt cõplexio et talia si cõsenserint te certũ efficient. Signa ãt flegmatis sunt qa albet facies tumet quoq3. albet et totũ corp⁹ i quo sunt. sentiẽ grauitas et piguedo. et i humoribus abũdat. est q3 multũ somnolẽtus. ¶ Urina erit idigesta spissa multa atq3 alba Pulsus erit tardus mollis atq3 rarus cuz diuersitate quadã. et hora flegmatis plurimũ inuadit. ꝙ si etas et talia conseuserint. certior multo fies. Melãcolico aũt humore hoc faciente erit patiens ut plurimũ saturninus malarũ cogitationuz timidus ualde. cuius facies liuet atq3 ꝯiunctiua oculorũ urina tenuis erit et alba. et hora melancolie aggrediẽ infirmũ fortius. et ubi etas cõplexio et cetera melãcolie cousentiãt te eẽ dubiũ non oꝫ. Somnia ãt sup hãc passionẽ plurimũ indicãt. uapores. n. exñtes i cerebro species rerũ sibi cõformiũ mittũt i sensũ cõeꝫ. ꝛ sic patiens somnia illis cõformia sõniat. et in his p ceteris egritudinib⁹ magis. De somnis ergo patiẽtẽ tuũ iterroga. nã si res rubeas cãtilenas coreas risus et aliter. res letitiã inferentes somniãt sanguinẽ peccantẽ arguunt. si aũt res citrinas saltare uolare et rixas facere ꝛ uniuersaliter res ad furorẽ ptinẽtes colerã. Sꝫ ubi aq̃s pisces niues pluuias et alia consimilia flegma id efficiet. At ubi mortuos in pfũdo cadeẽ nigra uidere et tl'ia uniuersalia timorosa somniauerit. melancoliã arguũt. Et lꝫ talia i aliis egritudinibus interdũ ueniant i uertigine tñ et scotbomia sepi⁹. Sꝫ ut scias an p ppꝛietatẽ an p cõitatẽ ille egritudines fiãt. scito ꝙ qñ p ppꝛietatẽ eueniũt. cõtinue infirmũ affligũt. nec erit i mẽbris ceteris nocumẽtũ. dolor capitis ac eius grauedo adest uel pcessit. Tinit⁹ q̃q3 aurium ofuscatio uisus debilitas odorat⁹ et cetera. Sꝫ ubi p cõitatẽ fiant ẽ afflictio iterpollata et aliqua lesio in mẽbro mãdãte sentiẽ. Et si stomac⁹ i cã fuerit sũpto cibo scotbomia uel uertigo qescit. et hora digestiõis i uadit cũ q̃ eger nauseã abhomiationẽ eructationẽ et talia patiẽ. ¶ Ab alio aũt mẽbro si uenerit lesionẽ aliquã in isto psenserit et tãdiu formicati⁹ i loco sentiẽ. donec uapor uertiginẽ ac scotbomiã efficiẽs cõsumpt⁹ sit. Quãtũ ad pnostica si ille passiones diu pseuerant. epilẽsiaꝫ futurã aut appoplesiã time. Nã si uapor vẽtositatẽ aliquã acqsierit epilẽsiã. ꝛ si intñ mltiplicẽ ꝙ epilẽsiã efficiat. inducet appoplesiã et mortẽ subitaneã p ꝯseq̃ns. pp q̃ vilipẽdende nõ sũt sꝫ eis ẽ presto succurrẽdũ. Unde si a sãguine puenerit q̃ in cura doloris capitis a sanguine pueniẽtis supra describuntur pcise õia p ordinẽ face ꝛ ita de flegmate colera ac melãcolia dicendũ ẽ. Et qa vereor ne de nimia plixitate hui⁹ operis adhuc arguar istarũ curã describere hic nõ uolui. sꝫ a prescriptis caplis i qb⁹ cõplete ac ordiate descripta ẽ cã mutua.

¶ Tractat⁹ terti⁹ de frenesi in se. septeꝫ capitula continens. ¶ Primũ caplm qd sit frenesis. qd parafrenesis. et q̃ cãe.

Dictum ẽ apostema cerebri dolorem capitis efficere posse p quo ut hui⁹ mei opusculi q̃dam ordinata cõtinuat⁹ fiat de apostematibus cerebri aliquid dicẽdũ uidetur. ¶ Et post de frenesi que duplex ẽ. s. uera ꝛ nõ uera.

¶ Uera ē apostema calīn ī cerebro āt pani
culis ei⁹ factū quod fe. semp mētis aliena
tionē ⁊ instātiā uigiliaꝝ cōseqtur. nā uera
ē mentis alienatio a fumis putridis a cali
dis humorib⁹ resolutis cāta quā fe. semp
et alienatio ac uigiliaꝝ cōcomitāt īstātia.
⁊ talis dr̄ parafrenesis q̄i ad uerā frenesiꝫ
p̄parans. p tp̄s. n. anteq̄ꝫ uera fiat frenesis
parafrenesis antecedit. pſepe tñ illa fit ad
quā uera frenesis non consequr. ut in fe.
san. ⁊ colericis sepe ac apostematib⁹ pluri
bus apparet. ¶ Solet nāqꝫ nr̄is a ueteri
b⁹ apostema hoc plurib⁹ noib⁹ denoīari.
ut frenesis. carabit̄. et sirsen. sunt. n. terre
nes paniculi qdā cerebri subſtātiaꝫ inuol
uētes q cū cerebrū ip̄m medularis sit sub
stantie ne fluat retinēt. ad sil'itudinē q° fre
noꝝ quib⁹ detinetur pāniculi frenes dicti
sunt. Cū igr̄ illis ī pāniculis tale apostema
plurimū fiat. frenesis nūcupāt. dicunt aliȷ
ꝙ suo ab accidēti nomē assumpsit. Nā fre
nesis grece latine rabies. hoc. n. patientes
apostema māniaci sepe fiūt. et interdū de
moniū lupinū hn̄t. q̄ accidētia uel gares ra
biē appellāt. Nōnulli tñ dicūt ꝙ a frenon
dr̄ qd̄ idē ē qd̄ mēs. q̄a in tali apostemate
mēs semp ledit̄. et ob hoc aliȷ carabitū cū
appellant. q dr̄ a charos qd̄ ē cōsilium. et
bitos pmutatio. q̄i cōsiliȷ rōnis pmutatio.
¶ Et sirsen nomē psicū ē. et dr̄ a sir qd̄ est
caput. et seq̄ apā. q̄i. capitis apā. Ex quib⁹
ōibus pꝫ dr̄ia inter frenesiꝫ uerā et nō ue
rā quā ego parafrenesiꝫ uoco. ¶ Nōnulli p
uerā frenesim apostema freneticum intelli
gunt. et p non uerā q̄ ab aliȷs humoribus
fit. Et aliȷ dicūt ꝙ uera frenesis fit a cole
ra nō uera aut ab aliȷs humorib⁹. ¶ Sꝫ cōi
ter auctores per ueraꝫ frenesim apostema
ip̄m poti⁹ ītelligere uidētur. per nō ueram
aūt illā mētis alienationē quam parafrene
sim uocāt ad quā nōdū apostema cōsecu
tum ē. Est. n. frenesis apoſa collectio. para
frenesis uero fumosa. pp qd̄ meret̄ non ue
ra frenesis appellari. Ex q̄bus pꝫ inter ue
rā freneſiꝫ et non uerā dr̄ia. pꝫ scd̄o quot
nōibus talis passio nōietur. ¶ Cuius cāe in
trīsece eē pn̄t. Extrīsece quidē ut res que
libet nō naturalis ī humano corpe calorē
excessiuū īducer̄ potēs. sicut aer excessiue
calidus. cib⁹ quoqꝫ et pot⁹ ut aleuꝫ. cepe.
sinapis. potēs uinū et taliā. mot⁹ supflue ca
lefactus nimia uigilia famis tolerantia ira
grādis. et ad hunc modū de aliȷs. Cā ītrin
seca ē sanguis colera ru. citrina uel adusta.
et sunt ī summa frenesis cāe. Sed extrinse
ce sunt mediate magis. intrīsece uero īme
diate. Nā calor intrīsec⁹ colerā uerbigrā
in ebulione ponēs ubi sit extra cerebrū ip
sam letificat. et tūc si ad caput ruptum hꝫ
coadunata apostema freneticū cāt. Ex q°
pꝫ ꝙ colera ē cā īmediata magis q̄ꝫ extrin
sec⁹ calor. ¶ Sꝫ sciendū ꝙ frenesis qn̄qꝫ ē
incipiēs aliqn̄ accidit alioꝝ morboꝝ suc
cessione. p se āt fit cū sanguis aut colera in
corde. epate. stomaco. seu alio ītrīseco mē
bro quouis mō ebulit. rōne cui⁹ subtilia
ta ad cerebrū repit. ⁊ coadunatione facta
generāt apostema. et per hūc moduꝫ egri
tudinē incipientē cā appello. Dixerūt caꝫ
incipientē fieri non eē possibile. sꝫ ꝙ semp
ad alios morbos seqtur. Alioꝝ uero mor
boꝝ fit successiōe cuꝫ fe. aut apostema ali
qd̄ p̄cedit. ut pleuresis. peripleumonia et
sil'in. ⁊ h° fit ut plurimū. Cū igr̄ cor. epar.
stomac⁹. renes. matrix ⁊ sil'ia meat⁹ quos
dā ⁊ si forsan sensu ita pceptibiles cū ipso
cerebro hēant. et colera aut sang. ī his mē
bris rōne fe. aut apostematis ebulit leuit̄
p eos meat⁹ sepe ad caput ascendit. ⁊ tunc
ibi apostema fit freneticū. ⁊ hoc mō alioꝝ
mēbroꝝ fit successione.

¶ Secūdum capl'm de signis demōstratiuis frenesis.

Passio illa cōia ac p̄pria signa hꝫ.
Cōia sunt fe. intēsa ualde uigilia
rū instātia. rōnis pmixtio. oculoꝝ naria°.
lingue aspitas. grauedo capitis. horror lu
minis. ī pulsu uelocitas cū serenitate q̄dā.
Propa aūt signa sūt q̄a si sanguis in cā fue
rit. oculi ad rubedinē mutati sunt. quorū
uene plene apparent ac rubee. nōnunq̄ꝫ la
chrimant̄. ⁊ lippi psepe fiūt. rubet quoqꝫ
facies. ⁊ q̄dā sanguinis guttule īterdum e
naso effluūt. tēsee et īflate sunt frōtis uene.
exasperāt lingua q̄ prio rubet. successiue
nigrescit. et in ore magnam sentit amaritu

dinē.sed sapor eiꝰ ad quādam potiꝰ dulce dinē tēdit. interdū dormit.interdū ridet. plorat interdū.nō multū rixat. nec multū furiose loqtur.uerba iocosa ⁊ ad risum ꝓ uocātia ꝓfert. et si q̄ fantasmata uidet ru ea putat. Qꝫ si etas.cōplexio.tps anni pre cedēs regimē ⁊ filīa attestauerīt san.tūc certi or multo fies. Si āt frenesis a colera fiet. patiēs plurimū alienat.plurimū loqtur. li gua aspa fit multū.et citrina tñ ī pricipio. successiue tñ nigrescit et exquoqꝫ. magna adest oris amaritudo.sitis magna. porfun dant oculi.⁊ citrini fiunt.⁊ hoc pp acutos fumos q ad eos eleuantur patiēs eos sepe tergit.nariū fit cōtractio.et frōtis ruge su periꝰ attrahunt. Crescit audacia. ⁊ furiose rixant: citrina sunt idola q̄ uidere putat.⁊ fe.itēsa ualde.pulsus fit uelox atqꝫ durꝰ. sꝫ si colera citrina aut uitellina fuerit. acci dētia prescripta sunt. multo sunt remissio ra.⁊ pulsus inordīatꝰ aliqualr̄ existit. Sꝫ si colera fuerit adusta cū furia intēsa rixat fit melācolicꝰ.demoniū hꝫ lupinum. uidet rixātes mortuos.uix teneri pōt. turbant oculi.in pulsu magna fit uelocitas.in oībꝰ tñ his cōsiderāda ē etas.cōplexio totiꝰ ha bitudo tps anni precedens regimē.⁊ filīa. nā de precedēte hūore testimoniū magnū tibi prebet

Tertiū capm̄ ō signis ꝓnosticis frenesis

Frenesis ꝓnostica signa duplicia sunt.q̄dā futurā frenesim.et que dā q̄d ea facta ꝓnosticandum sit docet.unde parafrenesis futurā frenesim arguit.ut puta si acutā febrem aut aposte ma aliqō itrinsecū patiēti accidat īsomnie tas.ingetudo.mentis alienatio.⁊ precipue si uidisse se aliqd affirmat qō non sit. sꝫ fu tura predicere uelit.si ferox fit aspectus.si eius rubent oculi.si ꝓpinq̄ rei obliuio fi et.si grauedinē capitis plꝰ solito senseris his signis uel ex his pluribꝰ apparētibus de futura frenesi nullatenꝰ dubitabis.cuiꝰ rei signū potissimū ē hoc.si in his febribus seu apostematibꝰ urina q̄ ɔtinue rubea ap paruit subito q̄i subtilis paucula. et alba fuerit.nā cum febres et apostemata illa sā guinea aut colerica fuerint ut supra urina

alba apparēte q̄ priꝰ rubea fuerat materiei calide ad cerebrū raptum signāt.⁊ ꝑ ɔñs frenesiꝫ futuram.fit.n.urina alba.q̄a mate ria illa calida q̄ tunc urina tingi solebat.et ad cerebrū rapit.ac urina necessario alba manet. ¶ Pꝫ g°prio ex q̄bus futurā frene siꝫ ꝓnosticari hēas. Pꝫ scđo quid ex para frenesi ꝓnosticandū sit. naꝫ si aliq̄ pdicta ꝑ seuerant ī uerā frenesiꝫ. ea cōmutari scias si remittunt.ut insomneitas.ingetudo. mē tis alienatio.⁊ cetera.eā ad salutē uenturā ꝓnuncia.qō ī egritudinibꝰ acutis plerūqꝫ uidebis. Scito tñ ꝙ iam facta frenesi uria alba apparere solet.q̄ tunc ꝓximā mortem denūciat.nam in colore urina tingit. Qō ī his pꝫ ī quibꝰ naturalis caloris fit resolu tio.q̄ si paulatiꝫ ne fiat.urina ad albedinē tendit.⁊ si eita cito experientia docet. Ex q̄ pꝫ ꝙ iam facta frenesi urina alba appet. Frenesis ꝓnostica signa duplicia sunt que dā mortē signant.⁊ q̄dam sanitatē. Iteruꝫ duplicia q̄dam frenesis in aliā egritudinē cōmutationē.q̄dam liberationē totalem. Ex egritudinibꝰ in q̄bꝰ frenesis interdum cōmutat sunt litargia.demoniū.lupinum. mānia.melācolia ⁊ ethica. Si litargia cem prehendes.q̄a apostema illud calidū mu tatū ē in frigidū.et litargie q̄ infra dcō du ce dicent signa apparebūt. Nota tñ nisi sic fiant de mille unꝰ nō euadit. Si in demoni um mānia et cetera cōmutet cōprehendes q̄a patiens infebriēs fiet.⁊ alia plurima su periꝰ descripta erunt remissa aut ex toto quietata.sꝫ pp materie q̄ eā frenesis erat ci nereitatē per cerebrū dispersā prescriptaꝝ aliq̄ egritudo interdū remanet. Et si trāsit frenesis.accidētia q̄etant.⁊ apparent etbi ce signa. Ex quibꝰ pꝫ ꝙ facte frenesis si in firmꝰ ad salutē deuenire debeat.cū in egri tudinibꝰ predictoꝝ aliquā cadere posse fo re possibile ꝓnosticari poteris.talē uero ī firmi liberationē argues.si emoroides. si fluxus mēstruoꝝ.si sudor copiosus. aut fluxus sanguinis nariū cum infirmi aliena tiōe ꝓuenerit.⁊ cetera accidētia remittunt ¶ Scito tñ ꝙ ōis frenesis est periculosa. euadūt.n.ab ea perpaucissimi. Mortis si gna alienatiōis ⁊ insomneitatis cōtinuatio

febris ac urine aquose perseuerantia. Ege
stiōis retētio. crurꝝ ac coxarꝝ immobilitas
siue retracte siue extēse fuerint. palearum
collectio. uomitꝰ uiridis. spasmus ac sinco
dis. horꝝ quolibet mortē significat. Ideoqꝫ
ut Hipo. inquit mortē subitā. Et si in sini
stro pede frenetici fabe sil'itudo citrina et
dura fuerit. ⁊ contingit infirmū solui supe
rius aut inferiꝰ. in sexto die morietur. Sed
unū scito q ceteris paribꝰ periculosior est
q̄ ē in cerebro q̄ q̄ in pāniculis. ⁊ q̄ in pia
matre q̄ in dura. Illa aūt q̄ successiōe fe
bris seu apostematū piculosior ē q̄ que p
se fit incipiens. cū quo ceteris paribus uir
tutē debiliorem inuenit.

Capitulum q̄rtū de cura parafrenesis.

In parafrenesis cura egritudo cu
ius cā ea ꝓuenit tibi cōsiderāda
erit. et ei sm̄ exigentiā parafrenesi non ob
stante succurrere. Sed qꝛ in febribꝰ psepe
peroxismātibꝰ accidit. ⁊ qn̄qꝫ non solum
hora peroxismi sed et quietis detinet ifir
mū. q̄tum ad clisteria suppositoria et alia
huiusmodi securiꝰ quietis hora q̄ peroxis
mi succurrere infirmo poteris. Tua igit̄
intētio ad ꝓhibēdum uaporꝝ ascēsū i hac
cura eē debet quō ad extra et ad intra esse
fieri pōt. Ab intra uero quietis hora in q
bus sit acre ordie conueniūt facias sic. ℞.
maluarꝝ matrū uiolarꝝ blitis an̄. M. i. stica
dos. M. ß. fiat decoctio de qua accipe. lb.
ß. in qua dissolue cassie pulueris zuccari
an̄. ℥. i. hierepigre. ℥. ß. olei uio. ℥. ij. sal' tri
ti. ʒ. ij. fiat clistere. ⁊ in casu isto plurimum
ualet. uel suppositoriū cum croco melle et
speciebꝰ hiere. fiat. Digestiua uero ac solu
tiua hic mea ponere nō ē. cū sm̄ exigētiaꝫ
egritudinis parafrenesis efficiētis ordinā
da sint. q̄ rō illa in ꝓprijs capl'is q̄rēda sint
atqꝫ per os sumēda cōueniūt. sunt sirupꝰ
rosatꝰ. de ribes. de succo acetoselle de ace
tositate citri. ō papauer ac nilep. roß. uio.
mirra citonioꝝ et sil'ia. ⁊ talia prebe sola ul'
cuꝫ aqua roß. seu zuccari. granata. āqꝫ ace
tosa plurimū cōueniunt. Uel uino ut cre ci
tonioꝝ uel granatoꝝ cū modico ro. aque
et cetera. zuccarꝝ ro. itē conuenit potissime
antiquum manuchristi quoqꝫ cuꝫ perlis ac
infrascripta confectio quā diacorallꝫ uo
co. q̄. ℞. corallorꝝ rube. ʒ. iij. margaritarum
ʒ. i. ß. zuccari albi. lb. ß. dissoluat̄ zuccarū
cū aqua ro. in qua per prius sandalorꝝ ru.
ʒ. iij. in infusione permāserint. ex quibus
forti facta expssiōe cōfectio fiat i morsel
lis. Uel facias sic. ℞. conserue rosarꝝ. ℥.
i. manuchristi. ℥. iij. corallorꝝ rubeorꝫ. ʒ. i.
margaritarꝝ. ʒ. i. ß. fragmētorꝝ lapidū ꝓcio
sorꝝ. ℈. iiij. prunorꝝ numero. xij. mixtura fi
at deaurata. Potest cōsil'r ex cōserua. ro.
⁊ diacoralli cōueniens mixtura fieri q̄ hu
ic casui multū conuenit. Que fricationes
ligature. uētose. fomētationes seu lotiōes.
⁊ illa mēbris ceteris a capite ꝯueniūt. Un
de fricationes ad extrema fiant ligature.
Itē uētose ad spatulas nates siue crura. ad
brachia uero ⁊ tibias fomētationes. Et il
la ex decoctiōe uiolarꝝ foliorꝝ salicis folio
rū uitis albe uinifere foliorꝝ cānarꝝ. foliorū
nenufaris uel cōsil'ium fiant. ⁊ decoctio q̄
tū pōt sufferre calida iferius trahēdo sem
per multa in hoc casu applicātur capiti. sꝫ
hac lege ne scilicet caput catarrosum ac re
pletuꝫ sit hac obseruata lege facias sic. ℞.
olei ro. ℥. ij. aceti. ℥. ß. agita sil'r fronti ⁊ ti
poribꝰ pecias immersas multociens appli
ca. Uel aliter. ℞. aque ro. ℥. ij. olei roß. ℥. i.
aceti. ℥. ß. ⁊ ut prius fac. uel i casu isto ui
gilie sepe importune fiunt. Quō ubi robu
stus infirmꝰ sit ⁊ fortis uirtꝰ in quouis p
scriptorꝝ adde croci. ʒ. i. opij. ℈. ß. Sed in
fra deo duce de instātia uigiliarꝝ ad hoc ꝓ
positū factētia multa reperies. q̄ ex re his
paucissimis cōtentus sum. De acre cibo ⁊
potu ⁊ alijs rebꝰ non naturalibꝰ tractatio
nē hic omitto. qa sm̄ egritudinis exigētiaꝫ
q̄ parafrenesiꝫ efficit ordinata sunt. ꝓ quo
ad ꝓpria capl'a uade. Sed qa in primo ca
pitulo plurima ōscribūtur q̄ capꝰ huic cō
ueniunt. his paucilis cōtentus eē uolui.

Quintū capl'z de cura frenesis. ⁊ post
de regimine sex rerꝝ nō naturalium.

Preter colericā ⁊ sanguineaꝫ frene
sim quo ad curā parꝝ interest. san
guis. n. frenesim efficiens in cole
ram facile transit. qa colericus sanguis exi
stit. quare ⁊ si in frenesi colerica totū regi

mē magis frigidū ⁊ humidū q̄s ī sāguinea
eē debeat. pauculā tm̄ drīam ex infrascrip
tis facile dep̄hendes. ¶ Sane cum dictum
sit frencsim per se morbū posse eē incipiē
tem. lz de regimine rez sex nō naturalium
aliquid dicere. q2 ubi cessione aliaꝝ egritu
dinū regimē ordinandū eēt. de quo ubi ca
sus euenerit facias ut in illis. Eger g° in lo
co ubi picture nulle sint situādus. illaruz
eīm inspectio infirmū persepe ad insaniā
maiorem inducit. pp qδ antiqui medicoꝝ
ne diuerse facies nec uarietate uestes corā
eis presentent̄ iubēt. q̄ ex re ut loc⁹ nō sit il
luminat⁹ lando ut uisibiliuz uarietate ma
iorē ī maniā cadat. Aer igr̄ ad frigidum ⁊
humidū preparet̄. quē si naturalē non ha
bes cuz folijs nenufarys uiolis folijs sali
cis mirti. populi. querc⁹. uitis uinifere her
ba. cū redolētibus floribus et cōsil'ib⁹ pa
uimentū substerne. et cū aq̄ rosaꝝ ⁊ aceto
mixta sepe irroret̄. Et si tibi tanta aq̄ roſ.
copia non fuerit. cū cōi aq̄ et aceto id fiat.
Linteamina bis immersa aquis sup lectuz
et parietē apponent̄. Redolentia poma ac
pira frustratim incisa ⁊ p̄dictiſ aquis irro
rata hincinde per camerā in calatis posita
situent̄. Nōnulli suffumigiū ex trociscis δ
cāphora et cōsil'ibus super carbones incē
sos positis laudant. qδ ego minime. q2 fu
mus ōis post occursuz huic egritudini no
cet. Uinū nullo mō det̄. cui⁹ loco aq̄ ordei
bibat seu boni putei cum aq̄ paꝝ granato
rū uini. uel ex iulep. describēdis aliquod
misce. ¶ Et si patiens iuuenis coleric⁹ ⁊ ī
tp̄e calido fuerit cum febre intēsa siti qui
cunqz detur pot⁹ sit actu frigidus. ⁊ ubi il
la non fuerint poterit aliqualit̄ calida da
re. Carnes ōēs uitande sunt. ⁊ ubi pp casū
uirtutis uel aliqδ tale te ad dandū necessi
tas cogit. sint galloꝝ nōdum coeuntium ca
preti auium rubaliū uel lactis uituli. q̄ cū
lactucis portulacis cōibus seminib⁹ frigi
dis uel aliqδ taliū alterent̄. in quarum bro
dio panata fieri pōt. q̄ si per prius ī aq̄ fri
gida per horā steterit. et cuz agresta. uino
berberis uino granatoꝝ succo citrāguli li
monis pāniculi uel acetose pn̄t taz fercula
q̄s carnes alterari. Et si ex eis contusum fe

ceris. paꝝ de eis supmisce Et si sublimatū
necesse fuerit fieri carnes ex quibus fit in
aliquo predictoꝝ per horā unaz uel duas
remolire p̄mitte cū eis aq̄ ro. aut uiol'. paꝝ
cōmiscēdo. Et si in uase carnes filo appēse
fuerint cū infrascripto puluere aliqualit̄
aspgant̄. q̄. ℞. sandaloꝝ ōium ro. ru. spody
corall'. utriusqz an̄. ʒ. ß. margaritaꝝ. ℈. ij.
fragmētoꝝ lapidū p̄ciosoꝝ. ʒ. i. cāphore. ℈
i. fiat puluis. ⁊ si interdū ut fit car[...]s ille
ī uesica seu alēbico reponant̄ succis ⁊ aqs
p̄scriptis eas irrora ac de p̄scripto secum
misce. ⁊ quotlibet ducatos imponem⁹. et
uas in duplici uase seu marie balneo collo
cet̄. ⁊ sublimatū face. Ex ferculis conuenit
pānata in p̄dictoꝝ carniū brodio decocta.
Ptisana ordei nou collata grudū ordei et
auene. Et si cū non habueris. ordeū in aq̄
de quoque ⁊ pistet̄. et ad orale seu stamigi
am passet̄. et cū p̄dictis brodijs quoquat̄
Cōuenit lactuca portulaca endiuia cucur
bita. Et q2 praticātes cōiter triotunt̄ p pri
us ea buliri facias. uel in recēti aqua remo
lire. ut qδ hn̄t salis deperdāt horis qbus
minus se male hz infirm⁹ cibādus est. ⁊ pa
rū p uice dandū. sed sepius. caue tm̄ ne tue
dicte subtilitate uirt⁹ careat de egritudini
bus quibuscūqz solicit⁹ semper esto. ea. n.
deficiēte laboras in casum. Quies iniūgē
da ē somn⁹ p̄uocādus gaudiuz inferatur.
Astēt amici qui silentiū tm̄ obseruent p̄cio
sos lapides inspiciat ⁊ maxime saphiruz.
Cantilenas suaues audiat. Armonias q̄qz
musicaliū instrumētoꝝ delectabiles citha
re et taliū. Et sunm det uenter bn̄ficium
p̄cura. ⁊ ubi in hoc natura pigra foret. cli
stere infrascriptuz iube. Et recipit maluc
blitis. folioꝝ uiolaꝝ an̄. M. i. Et ubi maio
rē quereres infrigidatione adde folioꝝ lac
tuce cucurbite floꝝ nenufaris uel tl'ia de
tali decoctiōe accipe. ld. i. ß. i q̄ dissolue. ʒ.
i. cassie pulueris zuccari. ʒ. ß. olei uiol'. ʒ.
ij. salis triti. ʒ. ij. ⁊ fiat clistere qδ hora mi
noris afflictionis fiat. Clisteria in hoc cāu
super ōia comedātur. ⁊ isto potissimū qδ
statim scriptum ē et cetera.

¶ Sextū capl'm de his q̄ ab extra sunt
in cura frencsis approximanda.

in parte maiori ab intra diaciminum conuēit diagalanga confectio de cinomomo. Et in materia mixta ualet aromaticum ros. descriptione Sal. uel diarodon abbatis in materia mixta caliditate dominante. Ego autem in isto casu in pncipio pastus tali puluere usus sū sup asso pane in uino maluatico uel alio bono remolito non dulci. ℞. pellicularum uentrium gallinarum cū bono uino albo preparatarum ℥. ß. galenge. ʒ. granorū paradisi. ℥℥. pipis longi. añ. ℈. i. cardamoī. ʒ. i. ß. cinamoī a cortice superiori mundati. ʒ. ij. coralorū ru. subtilissime tritorum. ℈. ij. fiat puluis cū zucharo addendo p libito de quo super pane asso sumat in principio pastus ut dictum est. Ab extra antiqui plurimi cerota laudant. ego autem non multum illis utor. nisi hora assumptionis cibi remouentur quod si ɔtinue ut fit cōiter super stomacum retineantur propter eorum stipticitatem ad fundum stomaci cibum trāsire non permittunt cuius causa ut pz impeditur digestio quare unguentis utor libentius ¶ Ideo interdū sic feci. ℞. ceroti Sal. emdantis stomaici uicia olei de spica añ. ℥. i. Et ista tantum in mortario ducentur. quod ad unguenti formam deueniant. de quo stomacus per duas horas ante pastum ungatur pctiam calidam superponendo. ¶ Uel facias sic. ℞. olei de spica. ℥. i. olei de absinthio. ℥. ß. pulueris masticis gariofilorum mente sicce calamiaro. coralorum ru. añ. ʒ. ß. cere paruz ꝛ fiat unguentū quo ut antescripto utor. Plurime mulieres ut se odoriferas prebeant musci odorem diligunt. ꝛ tunc in mortario cuz istis unguentis granū. i. commiscere facio. uerum si epar si splē si caput ī causa fuerit prout in prescriptis capitulis secunduz exigentiam te do cui corrige illa. habes igit̄ qualiter materia digesta quecunqz ꝛ qualiscunqz ꝛ quibuscū qz illa fuerit per uomitum siue per secessum sit euacuanda. Et iterum de diuersione facta sit stomacus taliter confortandus ut dolor amplius adiuuante deo nō reuertatur quod huius capituli intentio fuerat.

¶ Capitulum trigesimum septimum de sedatione doloris stomaci a quacunque causa prouenientis

Et deinceps cure doloris stomaci finem imponam modus āmodo [illegible] describendus erit quo dolor qnicūque ille fuerit sedatur. Nam dolorem patientes a te nil aliud querunt quam ut dolor ipse tollatur quare ab ipsius mittigatione incohandum erit. et alia materiei digestione nō aspectata. Si uomitus fuerit in principio. necessarius seu diuersiones taz per clisteria seu alio quouis modo in capitulis superiorib⁹ doctrinam ordinate qualiter talia fienda sūt tibi dedi. Ad actum igitur practicum ueniēdo pro mitigatione doloris anodinis prius utere. Nam que sunt uentositatū fortiter resolutiua. Si materia multa ī stomaco fuerit plus sepe subtiliant quam resoluant cui⁹ cā dolor sepe augetur. Facias ergo sic. ℞. camomille meliloti absinthy malue cuz radicib⁹ foliorū lauri paritarie pullegy. añ. M. i. anisi maratri añ. ʒ. iiij. fenugreci. libr. ß. se. lini libr. i. conquassentur ꝛ fiat decoctio ī qua spōgias imbibe fortiter expressas super dolentē locum appone ꝛ cum incipiūt infrigidari iterum calidi reponātur. Quo uicibus aliquot facto locus ex infrascriptis oleis calidis inūgatur ut. ℞. olei aneti olei camomille añ. ℥. i. uel ex decoctione suprascripta bulliente uesicam semiplenam. ꝛ in pecia inuolutam loco dolenti applica. Cunque infrigidaur iteruz calefiat et super locum retineatur. Hoc aliqtiens facto ut supra locus ungatur uel loco decoctionis prescripte. ℥. iij uel ō olei camomilini uel anetini ī uesica illa pone ꝛ super dolētem locum calidam applica. Quod si dolor de ambulatiuis fuerit qz a uentositate perueniat ex milio sale ut v° continētis habetur sacculus plenus calidus loco apponatur. Ego autem in casu isto pecias in aqua ardenti madefactas loco aplicaui ꝛ mire ualz Et iteз scutella cineribus calidis plena grano feniculi conquassato super asperso ꝛ ex bono uino irrorata ꝛ loco super apposita mire ualz. ꝛ expertum uidebis. Et itē uentosa magna umbilicum totum amplectens super posita ꝛ per horam. i. dimissa qr mirabiliter dolorem sedat ut Aui. inquit Ad idem quod sepe expertus sum ualet mica panis bene grossa ita calida sicut extrahitur a furno ꝛ amota īferiore crustula cum oleo de spica mollitiem imbibet ꝛ debine eam cū puluere cimini salipiza postea circumuoluta petia dolenti loco appone plus enim etiam quam credere posses dolorez mitigat. ¶ Ab intra uero comuniter practicātes. ʒ. ij. uel. iij. diacimini prebēt uel tantundem diagalāge aut diatriton pipereon ul' cl[illegible] ō

baccis lauri uel dianisi aut diacastorei talia ut ipsorum laudibus habetur ⁊ experientia quoque cognitum ē mirabiliter ualēt. In hoc quoque casu ℥.ij. uel .iij. uini maluatici cum quo libuerit aliquid istorum dare debes. ul' alterius uini boni nō dulcis. Et aliqui .ʒ.i. pul uis galange cum uino calido prebent. Et gal'. .ʒ.i. aristologie cū uino calido dabat. In hoc enim casu diascorides aristol'. rotun dari iu bȝ. Et hoc quoque cañ scd̄o capl'o ꝓprio lau dat Auic. Et huic cure doloris stomaci fineȝ imponere libet uerum presens capl'm q̄ ad ac tum practicum primum esse debet ut igitur in actu practico tibi finem eorum ordine pre beam. Cum ad infirmum deuenies in dolo rem sedando ut capl'm pn̄s te docȝ facito. De mum si per uomituȝ materia communiter edu ci possit cum scd̄m doctrinaȝ prehabitā pro uoca materiam successiue digeras euacues quoque similiter secundum exigentiam ip sum diuerte postea stomacum ⁊ si que mem bra mandantia materiā fuerint ut habitum ē confortabis pillulis utendo. ⁊ si que propter debilitatem membroꝝ mā genereretur de no uo suauiter educatur ⁊ de his omnibus ī ca pitulis superioribus ordinate doctri ām ha buisti. Quare huius doloris stomaci cura cō uenienter finitur. deo gratias Amen.

Capl'ȝ trigesimumoctauū de apostematib⁹ stomaci et eius curis.

Cum in apostematibus stomaci conti nue dolor fiat ⁊ aliarum speci eruȝ dolorum sit absoluta cura. Tamen ui sum est in loco de apostematibus stomaci fa cere dictionem. Pro cuius introductione sūt diuisiones alique prenotande. q2 per conge stionem materiei aliquando apostema in sto maco generatur. ⁊ aliquando per fluxuȝ ma teriei ab alijs membris ad ipsum. Item apo stematum stomaci quoddā compositum qō dam simplex. Simplex quidem ex humore simplici genereratur q2 a sanguine colera uel fl'ate uel melancolia. Compositū uero ex isto rum humorum commixtione. Item istorum apostematum quoddam est calidum quodda quoddam ē frigidum quoddam humidum quoddam siccum siue durum. Et calidorum quoddam p essentiā ut ut sanguineum ⁊ cole ricum quoddam p accidens ut flegma melā colia putrefacta p accidens est calida. Et tale ex istis genitum apostema calidum per acci dens apecellam⁹. Pariter apostemá essential'r calidū pōt fieri p accidēs frigidū ⁊ hec reso lutis ptib⁹ subtilib⁹ calidis terestib⁹ remanē tibus grossis. Tale igitur apostema est cali dum per essentiam ⁊ per accidens frigidum Item apostema quandoque fit in ore ⁊ in su perioribus partibus. Et quandoque in fun do quia īferioribus. Item aliquod ī inferio ri tunica. Et iterum apostema stomaci aliqō resoluitur. Aliquod suppuratur. Aliud ad alia membra permutatur ⁊ aliquod indura tur. Insup apostemata calida stomaci ut plu rimū per uiā deflux⁹ materieꝝ ad ipsuȝ gene rantur ⁊ nō per congestionem. ut est sanguis ⁊ colera ⁊ consimiliter de apostemate melan colaco fit. sed fleamati cum ut plurimum per uiam congestiōis generatur. Et iter ista apo stemata colericum frequentius generatur de hinc sanguineum raro flegmaticum ⁊ rarius melancolicum. Iteȝ apostemata calida ut plu rimum fiūt incipiem⁹ frigida v̄o raro. Istis sic positis ad apostematum causas ueniendo. Quedam sunt intrinsece. Et quedam extrin sece ut casus percussio super stomacum. Res quoque ipsi stomaco sepius applicate ut uē tose ac medicine calide fortiter attrahentes ⁊c. longa famis tollerātia est causa ad stoma cum putridorum humorum defluxus. Intrī sece uero cause. Sunt si stomac⁹ fuerit ualde calid⁹. quia ratione caliditatis ad se materias facile trahit que postea congeste appostema stomaci faciunt. Debilitas. iteȝ stomaci ⁊ alio rum membrorum uirtutis expulsiue fortitu do est causa generatiōis apostematū ac dolo res fortes cum prolongatur q2 natura inten dens dolori succurrere spiritum ac sanguis multitudinem ad locum dolentem trāsmittit Et sic materia ibidē congesta generatur apo stema. Cause uero coniuncte sunt colera san guis t flegma. melancolia. huiusmodi igitur in summa sunt tam extrinsece quam intrinse ce apostematum stomaci cause que huic capi tulo finem imponunt.

Capitulum trigesimum nonum de signis demonstratiuis apostematum stomaci taȝ ge neralibus q̄ spālibus.

Uigitur in apostematum stomaci co gnitionē ipsorū qnoqȝ cām deuenia mus. Si extrīsece fuerit. ex infirī relatiōne facile deuenies. Sed a quo humore

tunc ueniat. inuestigandum erit. quod prout te statim docebo facies. Sed antequã ad spe cialia signa deuenias. oportet aliqua genera lia prenotare. Plurimi nanqȝ ex dolore in sto maco existente apostema ibi esse arguunt. qđ tamen non est. ut apostema in stomaco ipso co gnoscas. Scias illic esse tumorem. et cuȝ hoc duricies manifeste sentitur. Et si suppinus in firmus aut sedens aut recte steterit. ꝛ aposte ma fuerit uersus os stomaci manifeste depre henditur. In fundo uero nisi magnum fuerit. nequaq̃ʒ dolor inter spatulas ꝛ meri quoqȝ sẽ titur. ꝛ sumpto cibo quia stomacuȝ grauat q̃ʒ ante maior. Et propter colligantiam ipsius stomaci cum spondilibus quandoqȝ cubitis dolor comunicatur propter neruos qui ibi na scuntur prope. et tunc quedaȝ in brachijs sen titur confractio. Et iterum propter compres sionem diafragmatis dolor propter apostema quãdoqȝ augetur. quare tantum diafragma augeri aut extendi non potest. unde necessa rio sequit̃ hanelitus paruus uelox ꝛ spissus ꝛ cum uelocitate ꝛ spissitudine. nam natura necessitati meliꝰ succurrere poterit. Et si apo stema in ore stomaci fuerit semper destruitur appetitus. non tamen sic digestio. cuius oppo situm fuerit in fundo si contingit qđ destruit̃ digestio. ꝛ nõ intantum appetitus. cum quo sepius leditur cõtentiua. et fit fluxus. ꝛ maxi me lienteria. Interduȝ tamen debilitatur ex pulsiua. ut constipatio quoqȝ fiat. quod non sic apostemate oris contingit. Et quia quan doqȝ apostema fit in interiori tunica. ꝛ quan doqȝ in exteriori. Si in interiori omnia inten siora erunt accidentia. ꝛ cum cibus uel potꝰ ad stomacum peruenit. dolor atqȝ grauitas augetur. in exteriori uero omnia illa remittun tur cum quo magis uisu atqȝ tactu apostema percipitur. Ad specialia nunc signa deuenien do. si apostema colericum fuerit continua fe. aderit. et acutissima quidem cum intensa siti atqȝ oris amaritudine. atqȝ ariditate lingue citrinescit facies. ꝛ erit dolor ĩter ceteros acu tissimus. ut plurimum de tertio in tertium omnia accidentia crescunt. urina est subtilis atqȝ ignea. pulsus autem uelox atqȝ spissus. cum duricie quadam. Si autem apostema a sanguine fuerit. dolor erit potius grauis q̃ʒ acutus. continua erit febris. non tamen uelut in precedenti acuta. nec ita intensa quoqȝ si tis. nec tanta oris amaritudo. rubet facies. adest uenarum tensio. urina erit rubea atqȝ grossa ualde. pulsus uelox molis atqȝ spissus. Si flegmaticum erit apostema. febris erit len ta dolor mitis satis. cum quadam tamen gra uedine faciei. color albus et in tactu molicies reperitur. sputi adest copia. pulsus erit mol lis atqȝ spissus cũ quadaȝ tñ diuersitate. uri na non multum tincta. est tamen spissa. Apo stema uero melancolicum si fuerit. febris erit occulta satis. dolor ponderosus cum loci du ricie. quidam color faciei fuscus. et urina sub tilis erit multum ad albedinem tendens. pul sus paruus strictus atque durus. ĩsonietates aderunt. plurimum malis atqȝ extraneis cuȝ cogitationibus terretur in somno. Et iste tri stis continue mortuos et talia territoria som niat. Et hec sunt tam generalia q̃ʒ speciali apo stematum stomaci signa.

¶ Capitulum quadragesimum de signis p nosticis apostematis stomaci.

Quando stomaci dolor prolongatur et auxilijs conuenientibus applica tis non recedit. scias apostema ĩ fie ri uel in facto esse. Ex apostematibus calidis deterius est colericum q̃ʒ sanguineum. Frigi dorum uero melancolicum flegmatico. Et qđ cunqȝ horum fiunt in ore stomaci deterius ẽ eo quod in fundo stomaci fit. modo fit ĩ his cetera ponantur paria. ¶ Si cum apostemate stomaci dolor intensus fuerit. ꝛ cum extrami tatum fuerit frigiditate malum. ueruȝ ubi fri giditas cum fricationibus ꝛ alijs adiutorijs non remoueretur. morietur infirmus. quia ut inquit Galienus sicut attrahitur sanguis ad uentosas. ita trahitur ad dolorem. quare fri gent extrema. et sic continuatio frigiditatis mortem arguit. Apostema interioris tunice periculosius ẽ multo q̃ʒ extrinsece. patet quia deteriora multum fiunt accidantia. ut habi tum ẽ supra. ¶ Quandoqȝ stomaci apostema resoluitur. quandoqȝ permutatur. quandoqȝ induratur. quandoqȝ supuratur. Si resolui tur. cognosces quia accidentia paulatim sedã tur. Si autem permutatur. accidentia cito de litescunt. uel paruo in tempore cuȝ apparitio ne scilicet lesionis in membro ad quod fit p mutatio. Si uo induratur sedatur febris do lor atqȝ inflatio tamen cuȝ grauedine duricie maiori q̃ʒ ante manet. sed cetera accidentia re mittuntur. Si autem ad supurationẽ peruenit

fe·doloꝛ·et omnia alia accidētia intenduntur. Signa autem quod iam saniatum est fe·ac doloris ac omnium accidētium remissio fluxus uentris atq uomitus multiplicatur propter materiam·scilꝫ ab epate resudantem·⁊ uirtutem expulsiuam irritantē·Et si apostema ruptum foret in uomitu quādoqꝫ sanies apparet aliquando in egestiōibus et aliquando simul tam in egestionibus ꝙ in uomitu· cuius causa minoratur urina·Et cum stomacus premitur quandoqꝫ puls digitorum tactui cedit· ubi ante puls generationem ipsius minime cedebat·locus quoqꝫ detumescit· ut Rasis in sua de dīonibus signa ista ponit·inquit enim cum mouetur in corpore tremor·apparet·sanies egesta atqꝫ sanguis siue uomit⁹ detumescit apostema·scias ꝙ ipsum iā disruptum est cuius ruptura uirtus maxime prosternitur· quia in ipsius eruptione magna spirituū quātitas euacuatur·uerum si in tunica fuerit exteriori euacuatur per urinam· ut ipse uidi· Et tunc bonus meus patiens liber euasit· In saniatione apostematis stomaci si rubor in oculis apparuerit·malum·significat enim materiā cerebro comunicari·Ideo Auicenna apostema stomaci calidum inquit quādoqꝫ ad permixtionem rationis deducit·et interdum ad sirsen hoc est frenesim·et tunc rubedo in oculis apparet·et tunc est mala permutatio· qꝛ ex mille unus non euadit·Et quandoqꝫ propter nocūmentum cerebro comunicatum accidunt cerebro accidentia manie et melancolie et mirachie q ex apostemate stomaci plerūqꝫ fit·ut in meo de egritudinibus capitis capitulo de melancolia tibi clare demonstraui· ⁊ de istis euadunt perpaucissimi·Et in hoc de pronosticis apostematum stomaci dictio finitur.

¶Capitulum quadragesimum primuꝫ de cura apostematuꝫ stomaci a materia calida prouenientium.

In apostemate stomaci colerico uel sanguineo flobothomia ē necessaria· dummodo uirtus et etas ⁊ alia requisita ad flobothomiam consentiant. Et ubi cause alique flobothomiam impediant·prout etati cōplexioni et ceteris conueniret· uentose erunt cum scarificatione ponende·Superfluitatib⁹ igitur prime digestionis naturaliter uel cum clisteri eductis·si apostema sanguineum uel patiens robustus fuerit atqꝫ repletus ualde a saphenis flobothomia māe inchoāda erit· In uesperis uel saltem in crastinum in basilicarum altera·in secunda uero die uel longi⁹ in tertia uene medie flobothomia fiat· In colerico uero apostemate iste tot flobolhomie nequaquā fiende sunt·sed prima in basilica fiat· secunda uero media et non magna extrahatur sanguinis copia·cuꝫ sanguis colere frenum existat·⁊ ubi flobothomia quauis causa fieri non possit·super nates primo ⁊ debiecum scarificatione in spatulis fiende erunt uētose·Et semper ī sanguineo modo cetera sint paria ꝙ in colerico maioꝛ quātitas sanguinis extrahēda·His factis in primo ad repercussiua ueniendum erit·Ab extra igitur sic facias ℞·olei rosa·olei citoniorum aā·ʒ·i·aceti parꝝ et ex isto frigido stomacus perungatur·Uel facias sic·℞·sandalorum rubc·ro·rub· boli ar·aā·ʒ·ß·camphore·ʒ· i·incorporentur cum aqua ro·et citoniorum succo· Uel cum aqua cucurbite aut succo plantaginis uel solatri· uel foliorum salicis· aceti parum addendo·et de tali frigido stomacum inunge·et cum desiccari incipit remoueatur· Uel facias sic·℞·farine ordei sandalorum al·et rub·boli armeni aā·ʒ·ij·spodij·ʒ·i·camphore·ʒ·ß·incorporētur cum succo plantaginis et aceti modico· et ex his epithimetur·siue emplastretur stomacus ¶Ego auteꝫ a Galieno doctus pro confortatione caloris naturalis stomaci parum spice uel cardamomi · uel consimilis semper addidi· Quod in membris consimilibus semper fiendum est·ut in meo de necessitate mediciārum corporis declaraui manifeste· Ista auteꝫ in principio fienda sunt·cuꝫ apostematis materia nondum resudet·Ego auteꝫ materia existente in fluxu ad cuius diuersionem ligaturas dolorosas fricationes · et similiter ad nates sine scarificatione uentosas fieri facio· uerum a prin° ad intra ad talem materiaꝫ repercutiendam aqua solatri maxime conuenit· cū ipsa non solum materiam ipsam repercutiat· sed a proprietate quadam apostematibus intrinsecis mirabiliter ualet·Datur etiam aqua endiuie· Aqua quoqꝫ rosꝭ·et sepe siru· ro·in infusione ro· cum istis apposui· et acetosum quoqꝫ sirupuꝫ simplicem et talia in principio fienda sunt·¶In augmento uero cum istis resolutiua aliq eēnt cōmiscēda · illa sꝑ gradatī augēdo ꝭꝫ qꝺ magis v̄sus statū appropinqꝫ.

Ab extra uero cum infrascriptis camomille
melliloti uel absinthij aut spice cum pasta al
tee et croci parum esset addendu3. In casu au
tem isto emplastrum infrascriptum maxime
conuenit. ℞. farine ordei fenugreci. paste
radicis altee an̄. ℥. ij. absinthij sicci. ℥. viij. cō
fice cum oleo rosa. ¶ Et si multum ad statum
propinquas oleu3 de lilio pone uel facias sic
℞. folioru3 malue atq3 bismalue absitinij. an̄
M. ii. ordei mūdi. ℥. ii. pinguedinis galline ꝛ
anatis an̄. ℥. i. dactiloru3 numero. iiij. mucilagi
nis sem. lini ꝛ fenugreci an̄. ℥. ß. croci. ʒ. ß. fiat
emplastrum. ꝙ uersus finē augmēti magis cō
ueniet. in statu uero tale emplastrum fiat. ℞.
farine fenugreci. se. lini ꝛ absinthii. an̄. ℥. ii. ca
momille melil'. ro. an̄. ℥. ß. ista oīa ꝯ succo apij
sil' incorporentur oleo camomillino uel de li
lio uel nardino tm̄ addito quod ad epti for
mam deueniat. uel facias sic. ℞. paste radicis
maluauisci. ℥. vi. mucillaginis fenugreci ꝛ se.
lini an̄. ℥. ij. pulueris florum camomille melli
loti an̄. ℥. i. ß. fiat emplastrū pap addendo de
oleo camomille. in isto quoq3 casu emplastrū
de melliloto mesue usus su3. ꝛ mirabiliter cō
tulit. Auisat' tm̄ esto q̄tum possibile fuerit ti
bi. ne tale apostema ad saīationem deueniat ꝑ
bibere. Et superius dictū ē ꝙ ad dolorem sto
maci apostema plerūq3 seq̄tur. ꝛ ad doloris
sedationem subtiliatiis ꝛ resolutiuis usus fue
ras. sicut ē pinguedo anatis galline ꝛ similiu3.
Oportet si apostema inchoari seu i fieri dep
bendes ꝙ cum illis stipticū aliquod cōmisce
as. ut ē acatia hipoquistidos ro. ꝛ sil'ia. Cūq3
apostema ruptū fuerit. idromel maxime sibi
cōuenit. ꝛ iter aqua lactuce calida. uel sic fi
at quod multū ab ātiqs comēdatur. ℞. capil'.
ue.. M. i. mente. M. ß. passul'. ℥. i. sebesten. ʒ.
. vi. liquiricie. ℥. ß. se. altee fenugreci sgnanti
an̄. ʒ. ii. dactil'. numero. iiii. decoctio fiat cum
lib. iii. aq̄. ꝛ ad ꝯsumptionem tertie partis co
letur. ꝛ de tali calida sepe infirmo tuo prebe
Et si magis abstersiuam facere uolueris da
de ea.. ℥. iii. ß. pro uice cum. ℥. ß. mellis ro. Et
aliqui ex ea cum zucharo sirupū longum faci
unt. de quo. iiii. ℥. pro uice tribuunt. uel lactis
capni ita calidi. sicut mulget ab ubere. ℥. iiii.
cum modico zuchari p duas horas ante cenas
prebēt. ꝛ si maiorē q̄ris abstersionē. cū melle
ro. ℥. ii. dabis. Et aliqui decoctionem liquiri
tie cum solo modico zuchari dabāt. et isto ca
su ydromel in potu cōtinue tribuunt. Et anti
quor plurimi. et maxime Aui. in isto casu. ʒ.
ii. uel. ʒ. i. pillul'. de yera simplici sūme laudāt
quoniam ulcus mundificando materiam ad i
feriora pellunt. ꝛ cum hoc ad ulcerum conso
lidationem maxime operantur. uerū post mū
dificatiua consolidantia exhibenda sunt. faci
as ergo sic ex suprascriptis mundificatiuis.
quod uolueris dabis. et post duas horas tro
cus de karabe. ʒ. i. cum modico aque planta
ginis. in qua per prius parum sūat. et mirtil
lorum buliat. uel cum succo citoniorum. uel
eorum miua. Et loco troc. ʒ. i. ß. pulueris īfra
scripti dabis. qui. ℞. thu. san. dra. rosaru3 bo
li ar. draganti. spodii gūi arabici. an̄. ʒ. i. kara
be. balaustiarum. masticis amidi. an̄. ʒ. ß. fiat
puluis. et quo libuerit cum suprascriptis li
quoribus dandus est. Ego autem in casu isto
confectionem infrascriptam maxime utilem
inueni. ℞. masticis. rosa. rube. mirtilloru3 co
ralli. usti lapidis. emati'. sang. dra. an̄. ʒ. i. fiat
puluis. quem misce cum. ℥. iiii. diadragāti fri.
et cum. ℥. ii. ß. zuchari ro. antiqui. ꝛ fiat mixtu
ra cum modico sirupi de mirto. et da coclear
unum pro uice ¶ Laudo insuper. ut continue
ab extra aliquod unguentum stipticu3 uel ce
rotum. ut facilius ulcus consolidationem re
cipiat. ¶ Facias ergo sic. ℞. olei rosa. mirtini.
an̄. ℥. i. olei masticis. ℥. ß. boli armeni. mastici
mirti ro. rub. coralorum ustorum an̄. ʒ. ß. cere
parum. et fiat unguentum. quo ante pastū per
horam unam aut duas semper stomacus iun
gatur. Uel cerotum superponatur infrascrip
tum. recipe boli ar. aloes mirre an̄. ℥. i. masti
cis. ℥. ß. fiat cerotum. addendo modicum ter
bentine. ut se melius tenere possit ¶ Extenda
tur ergo super corio et stomaco superpone.
¶ Habes ergo qualiter apostema calidum sto
maci resolui debeat. et si ad supurationem de
ueniat. qualiter sit procedendum. Et si ad du
ritiam terminabitur. sequens capitulum deo
dante tibi curam dabit. Et per hoc presenti
finem dabo.

¶ Capitulū quadragesimū secūdū de cura
apostematū stomaci a materia frīa proueniēti
um tā i duricie ꝯuersoru3 q̄ non.

Raro flaticum apostema i stomaco
generatur. Quod si tibi curandum
aliquando appareat in principio sic
fiet. ℞. olei ro. olei citonior olei de absinthio
an̄. ℥. i. aceti pap. et ex isto calido sepe stomac'

ungatur. Uel facias sic. ℞. absinthi mēte mel
liloti añ. M. i. ro. ru. M. ß. farine fenugreci.
se. lini farine. ordei ⁊ lupi[illegible] añ. ℥. ß. mirtilorum
aloes añ. ʒ. iij. fiat cū istis ēplastrū cū oleo ro.
⁊ citoniorum modicū succi plātagi. addēdo. uel
facias sic. ℞. ro. absinthij. mente mirtilorum
añ. ʒ. ß. sandalorum ru. calami aromatici spice
añ. ʒ iij. conq̄ssetur ⁊ fiat. saculus qui leuiter
super tegula uino rubeo aqua ro. ⁊ absinthij
permixto aspersa calefiat. ⁊ ponatur super lo
cum. ⁊ talia in principio fienda sunt. ¶ In aug
mento uero ex oleo camomillino anetino et
nardino calidis inungatur. uel cum modico
cere fiat unguētum cum quo misce squinanti
spice añ. ʒ. ij. ⁊ cum modico aceti taliter īcor
poretur ꝙ ad formā unguenti deueniat. de q̄
stomacum illinias. Uel tali emplastro utere
quod omne apostema durum resolubile resol
uit. Cepe ī uino ⁊ oleo dequoquatur cū quo
modico amidi incorporetur. sic ꝙ ad formam
deueniat. ⁊ de tali emplastretur sto
macus. Si aūt comprehendes apostema ī col
lectionem deuenire infrascriptū emplastrum
superpōe. Ox. ℞. paste radicis altee. ℥. iiij. ce
pe lilij et cepe narcisci añ. ℥. i. brāce ursie. M.
ß. farine se. lini fenugreci ⁊ frumenti añ. ℥. i. ß.
ysopi humide adipis anatis añ. ʒ. vi. squināti
aloes melliloti camomille añ. ʒ. iij. croci. ʒ. ß.
componātur cum oleo de lilio. ⁊ stomacus ex
eo emplastret. ¶ Uel facias sic ꝙ ōe apostema
frigidum maturando maturat. Accipe brāce
ursine. M. iiij. cepe lilij. ℥. ij. quoquāt ī uino
⁊ oleo. pistent postea. et cataplasmet stoma
cus. Si āt facta sanie apostema rumpat. ipm
cum aqua mellis uel melle ro. uel aqua lactis
mundificet. Auisatus tū esto si fluxum faceret
stipticum aliquid ponere. ut thus. mastix. uel
aliquid sile. ¶ Ab extra semper emplastra un
guenta stiptica superpone ueluti ī apostema
te calido factum fuerat. In duri āt apostema
tis cura tria considerāda sunt. ¶ Primū ꝙ me
dicamina ōia sint aromatica. ut u omitus. s. me
lius cōseruetur. Secūdū ut sint molificatiua
pp duriciem resoluendā. Tertium ut sint dia
foretica siue resoluētia ut molificata materia
resoluat. Et si bñ cōspexeris in emplastro de
melliloto Mesue ōia q̄ dicta sunt adinueni
es. ⁊ iō in illo casu maxime cōmendatur. ¶ Ue
rum quāto duricies ē maior fac molificatiua
dñari. ⁊ quātum molificatiuum magis fuerit for
tibus utere resolutiuis. Et ob hoc aliq molifi
catiuis solum utunt. ⁊ materia molificata re
solutiuis usqz ad completā curā sic pcedēdo.
Cōiter tū ista tempestate praticātes molifica
tiua cum resolutiuis cōmiscent. Et ut te ad ac
tū praticum deducā. hēas oleum de lilio. ole
um camomillinū. ⁊ pinguedinē galline añ par
tes equales. in quibus succidam lanam īmer
ge. quam calidā stomaco uacuo suppone. Et
hora transacta una emplastrū de melliloto uel
ysopi cerotum descriptione philagrii. Cūqz
patiens cibum sumpturus ē emplastrum seu
cerotum remoueatur. ⁊ istum ordinem ante
cenam ⁊ ante pastum obserues. Uel facias sic
℞. de emplastro de melliloto uel de ysopi ce
roto descriptione philagrij. et quod istorū li
buerit cum oleo de lilio uel camomillino mo
lificabis. et stomacum ante cibū [illegible]. uel
cum forti aceto mucillaginē sem. lini extrahe
⁊ in eam lanam succidā immerge. quam ī ie
iunio super stomacū impone. et per duas ho.
emplastrum de melliloto uel ysopi cerotum
hoc experire. ⁊ uidebis mirabile uel loco mu
cillaginis ex cerebro uituli uel cerui stomacū
inunge. Uel accipe stercus porcelli duorum men
sium uel trium. ⁊ eū in catiola cū modico olei
camomille cōmisce. ⁊ ex eo calido stomacum
cathaplasma. Ego aūt in casu isto ex īfrascrip
to emplastro stomacū cathaplasmaui durum
ualde ⁊ in eo mirabilem effectum adinueni. qđ
sic fit. Ficus īmaturas quoque. pro quibus
postea pastam facito. de qua ⁊ assungie porci
⁊ ysopi humide añ. ℥. i. accipies. picis naualis
℥. i. ß. cere citrine. ℥. ß. cerebri uel medulle ossi
um ipsius. ʒ. vi. olei de lilio. ℥. ß. ōia sil' liquefi
ant. cum quibus incorporent diaquilonis. ℥. ij.
radicis yreos. ℥. ß. sulfuris uini. ʒ. iij. cinerum
corticum salicis. ʒ. ij. fiat emplastrum seu cero
tum. de quo stomacum emplastra ⁊ si tenere
potes super alutam ponatur. ¶ Uel facias sic
℞. radicis yreos ⁊ in uino buli ⁊ pista. et pa
stam facias. de qua. ℥. i. accipies. olei camomi
lini. ℥. ij. olei de spica. ℥. i. ß. medulle cruris ui
tuli uel cerui. ℥. i. ⁊ cum isto pone illius uini ī
quo decocte sint radices yreos. ℥. iij. et omnia
usqz ad consumptionem uini buliant. cum
quibus paruum cere citrine liquefiat. ⁊ fiat un
guentum. Uel facias sic. ℞. uio. ʒ. v. roß. ʒ. ij.
spice masticis añ. ʒ. i. ß. squināti. ciperi calami
aromatici añ. ʒ. i. florum camomille melliloti
farine ordei añ. ʒ. x. paste radicis altee. ℥. i. ß.
farine seis lini. ℥. i. et cum mucillagine se. lini

cum aceto extracta fiat emplastrum. hoc eniz nimium in modū duriciē resoluit omnem. Et in hoc frigidorum apostematum eorūqz i duriciem cōuertuntur cura finitur.

¶ Capitulū q̄dragesimū tertiū de uomitu nausea subuersiōe ⁊ q̄qz ipsarū cā i generali.

Libet post curam apostematū stomaci uomit⁹ doctrinam ponere. Pro q̄ sciendum ꝙ reperiūtur isti tres termin. uomit⁹. nausea ⁊ subuersio. q̄ cōicationē ⁊ ꝯuenientiam iter se hn̄t quandam. Nāz uomitus est mot⁹ stomaci per quez aliquid per os expellitur. Jō nonnulli ethimologizantes uomitū dicūt. Ꝙ uomit⁹ dr̄ quasi tensus uē ter ad expellendū uersus sursum qđ in eo cō tinetur de nociuo. Et per uentrem stomacum intelligūt. Nausea uero ē stomaci quedaz ad uomituz stimulosa dispositio a mala qualitate cum materia uel sine ꝓueniens. per quā et si tunc ad uomituz incitet̄. nihil tn̄ emittitur. Jō dicunt quidam ꝙ nausea est uoluntas uomendi sine effectu. Dispositionē. n. talem hn̄s ⁊ si cibum adhuc desideret. cum eidē p̄ntetur inspectionē eius refugit. ⁊ sic faciē ab eo uertit. ⁊ nasum torquet. ⁊ pp hec ut aiunt nausea dicta ē. Subuersio āt dr̄ dispositio stomaci. ī qua uirt⁹ expulsiua ad expellendū aliquid a fundo ad superiora mouet̄. ⁊ illi⁹ materie patiens ascensuz percipit. cū quo tn̄ nihil emittitur. sed ad fundum stomaci materia illa reuertitur. Ex quib⁹ pȝ istoꝝ trium terminoꝝ conuenientia. De uomitu itaqz siue cretic⁹ siue q cunqz alius fuerit qui ad se curaz uocat determinationez hic facere ītendo diuisionibus q buscunqz alijs omissis. Et tales cāe quedam sunt intrīsece. q̄dam extrinsece. cārum extrisecaꝝ q̄dam sunt nimia cibi repletio. ⁊ maxie ciboꝝ mordicatiuam uim hn̄tium. ut sunt acuta atqz salsa. sicut porri. cepe. alea. eruca. sinapis ⁊c. Aut cibaria supernatari facientia. aut uētosa. sicut legumina. fercula de pasta. et fercula cascata ⁊ talia. Casus itez. et super caput percussio. ut ī fractione cranei sepe contingit.

¶ Cāe nanqz intrīsece ꝓueniunt aut rōne debilitatis digestiue male stomaci cibaria digerentis cui⁹ cā in ipso mali humores ꝯgerunt̄. ⁊ sua multitudine aut corruptione ipm ad expulsionem irritant. aut rōne totius seu rōne alioꝝ membrorū particularium. ut cēt epar. splen. cerebrū. ⁊ matrix ⁊c. Talia. n. membra sepe corruptos humores ad stomacū mādāt mediātibus. s. meseraicis ⁊ epate. ut Gal. ī libro ꝓnosticoꝝ inq̄t. Humores ergo a toto uł a mēbris ad stomacum ꝓpulsi sua multitudine et interdū sua malignitate uirtutem stomaci expulsiuam irritant quoꝝ cā fit uomitus. Talis ergo materia ī stomaco ꝯgesta uł aliunde ꝓpulsa pōt eē sāguis. ut ī retētiōe mestruorum. ac fluxus sanguinis nariū. pp ēt nimiam sanguinis abundantiā. ut in mutilatis. Pōt ēt eē colera flegma ⁊ melācolia. ⁊ ex ista pte cārum intrinsecaꝝ se tenet. Et sic pȝ qđ sit uomitus. nausea. atqz subuersio. q̄ quoqz istorum cāe. qđ hui⁹ capl'i intētio fuerat. Laus deo.

¶ Capl'z quadragesimum quartū de signis demonstratiuis sperum uomitus.

Si uomitus a cāis fit extrinsecis ī sīr mi narratione id facile scies. si ipse. s. cibis salsis aut amaricationē hn̄tibus usus fuerit. aut uētosis seu unctuosis uel alioꝝ quorūcunqz ciboꝝ indifferēter. qui facile corrumpunt̄. ni mia facta sit repletio. Quātum uero ad cās ītrinsecas si ab aliquib⁹ membris materia ad stomacum ꝓpellitur. ex qua uomitus fiat cognosces. qꝛ in tali membro puta epate uł splene uel in quo libuerit alio dolor. agitatio. cō motio aderūt. Et si a splene sibi in hoc erit rugit⁹ et ēt in quocunqz alio a quo materia primo mouetur. Sȝ ad particularia deueniēdo Si pp materiam in stomaco exn̄tem et nō aliunde propulsam uomit⁹ fiat in eo cōmotionē et agitationem sentiet. ⁊ in membris ceteris nequaq̄. Signum tn̄ cuiuscunqz uomitus cō mune anteq̄ fiat est labij inferioris tremor. Sed ad materiei cognitionem ueniendo. Si sanguis in causa fuerit siue a stomaco siue ab alijs membris prouenerit cognosces ex colore. quia rubeus ex sapore quia dulcis. Et si prouenit ex ruptura uene in stomaco sanguis erit fluidus non sic coagulatus. quia a loco ꝓpinquo prouenit. dolor aderit in stomaco. Jn epate uero nec alio membro dolor aliquis sētitur nisi propter colligantiam id fieret siue ꝑ compassionem. Si autez a splene erit sanguis grossus niger satis atqz feculentus. ⁊ in eo dolor sentitur atqz rugit⁹. Et si ab epate coagulatus erit. sed non ita niger neqz feculētus sicut sanguis spleneticus. cum quo ī ipso epate agitatio atqz dolor. Tua tamē semper inter est ab infirmo tuo scire nūquid emoroides restricte sunt. aut menstrua aut sanguis nariū. uel ex mutilatiōe ille fuerit. qui quātum ad

curam talia scire multum iuuat. Si autē ma
teria fuerit colerica amara sentitur. et color
citrinus aut croce⁹ satis aderit et erit materia
illa satis fluida nisi materia fuerit uitellina.
Colera uero prassiā ul' eruginosa uiridis erit.
Nota tñ possibile eē q̄ patiēs interdū usus ē
herbis idigestibilib⁹ aut fructib⁹ dure dige
stionis seu immaturis ex quibus tunc flegma
coloris uiridis generat ad modū.s.⁊ colorem
succi lactucaꝝ.⁊ talis nec erit colera erugino
sa nec prassina. Et ad hec aduertentiam habe.
Si tñ materia illa super terrā ebulierit q̄ co
lera sit prassina uel eruginosa nequaq̄ dubi
tabis. quod ex alio quoq3 cōprehendes. nam
in colera eruginosa urina subtilis ⁊ ignea. In
flegmate vo uiridi alba grossa erit. ¶ Pulsus
erit paruus mollis cum diuersitate quadam.
Si materia uomit⁹ fuerit flegmatica. erit ut
plurimū alba. Quia interdu3 ex usu herbaꝝ
indigestibilium ut statim dicam fit uiridis.
⁊ de hoc informabit te īfirm⁹. Uex ubi talis
materia super terrā nō ebulierit scias flegma
illam eē. erit quoq3 uiscosa. sitis tñ aderit. nec
tñ faciet caliditas. Sapor insipidus atq3 ace
tosus existit. et urina alba exñs ad spissitudi
nē quandā tēdit. Si uero materia uomit⁹ me
lācolia fuerit. sapor erit potiꝰ cum acetosita
te mixt⁹. ⁊ ad nigredinē quandā tendit uel ci
trinitatē. Et substātia erit ad modū satis gros
sa. urina subtilis erit ⁊ alba. quod si in sangui
nis cognitionē seu colere flegmatis seu melā
colie pfecti⁹ uenire cupis complexionē prece
dens regimen et talia considerabis. q3 humor
cui illa magis attestant. ille erit ī cā. dictis āt
signis cum istis tñ complicatis. Et hec de si
gnis demonstratiuis uomit⁹.

¶ Caplm quadragesimū quintū de signis p
nosticis uomitus.

Uomit⁹ ergo uelut flos eris aut sicut
porroꝝ succ⁹ mortalis iuxta illud
afforismoꝝ quarta. qbuscunq3 egri
tudinibus incipiētibus si fel nigrū sursu3 aut
deorsum exierit mortale. Uomit⁹ sanguinis
ād sincopim deueniēs mortalis uomit⁹ epilē
siam inducēs et spasmum uel sincopim si īfra
horam non curat mortalis. tanta3. n. materiei
ī ore stomaci significat malignitatē ut patiēs
uiuere non possit pp accidentia dcā. unde si ī
fra horam nō curat. natura talia pati non pōt
⁊ sic moriuntur. S3 si materia euomitur. cu
rantur ut ipse uidi. Assiduatio uomit⁹ stoma
cum debilitat. corp⁹ totum attenuat. Sed fac
tus raro. q3 bis in mense ut auctores plurimi
percipiunt iuuare pōt. Item infirmus si libe
re euomens et absq3 malis accidētibus bene
cum tollerat. uomitus utilis existit. contrari
us uero iutilis. iuxta illud. Si qualia oz pur
gari purgētur. Si uomit⁹ sanguinis cū febre
fiat malus. sine febre uero nō necessario ma
lus. q3 stat qđ per ipsum corp⁹ a sanguine su
perfluo mundificetur et tūc sequitur leuitas
iocūditas et quies. Et iō Ypo. dicit. Sāguis
qualiscunq3 sursum malus. intelligendū ē de
sanguine misso cum feb. uel ad cuius emissio
nem nō sequitur alleuiatio. Quilibet uomit⁹
sinthomaticus malus uomitus ī diebus cre
ticis factus. qui in dieb⁹ indicatiuis per signa
bona indicās in die cretica fieri bonus ac lau
dabilis semper erit. dūmō infirmus ut debet
gubernetur bñ. Nam sepe infirmi ac ignoran
tis medici cā male succedit. Omnis uomitus
in fluxu uentris cum tollerantia bonus. Si i
uomitu uirtute constante superueniat flux⁹
uētris bonus. Omnis uomitus fetens malus
et si fuerit ut uini fex. aut porroꝝ succ⁹. mor
talis. Uomitus permixtus ex colera et fleg
mate ceteris paribus alijs uomitibus alia
rum materierum quecunque ille fuerint. se
curius magis existit. uomit⁹ simplex ceteris
paribus deterior est mixto. Uomit⁹ corpori
bus sanis est nociu⁹. Lapř. uero īterdū utilis
cum natura per uomitu3 se potius exoneret
ab humoribus malarum egritudinum causa
forent. Si ergo in talibus non superflueret.
nequaq̄ est restringendus. Quare ut inquit
Auicena auctoritate Ypo. cum tali seruatur
sanitas. a multis interdum periculis et ab im
minentibus. pessimis egritudinib⁹ fit euasio.
Uerum in consuetis magis q̄ in nō consuetis
iuuat. et magis in iuuentute q̄ in senectute.
Et sic patet ubi casus accideret. quid de his
habes pronosticari. ¶ Uomitus in pinguibus
et in habentibus pect⁹ strictum ⁊ in his maxi
me qui difficulter hanelant ac in ptisicis ac i
consuetis sanguinem ex partibus pectoris
expuere periculosum est ualde. et in habenti
bus quoq3 stomacum debilem. Tales enim
propter hoc sepe cadunt in sincopim. ¶ Uomi
tus enim sanguinis ac humoris melancolici
qui in stomaco non generatur. malus. ¶ Signi
ficat enim in membris alijs nocumentum.
Sed uomitus sanguinis maiorem maliciam

significat q̄ melancolicus. Primo q2 sanguis est thesaurus uite ⁊ nocumentū significat in epate. qḋ mēbrum existit pncipale. Nec sanguis a natura derelinqtur nisi oppssa ⁊ uicta fuerit. In nomitu singult⁹ ⁊ oculoꝝ rubedo malū signum significat. eiꝫ in stomaco aposte ma uel in cerebro eē uel cōgenerari uomit⁹ cibalis ɔtinuus malus. significat. n. ṽtutis digestiue ⁊ ɔtētiue debilitatē. In bn̄tibus os stomaci forte ⁊ fundū debile uomit⁹ est timorosus. ecōtra uero ceteris paribus. ¶ In passionibus mēbroꝝ inferioꝝ uomit⁹ magis cōmēdatur q̄ superioꝝ. tn̄ in passionib⁹ capitis et maxime p cōpassionē a stomaco uenictibus si leuis iterdū fiat bon⁹ uomit⁹ in feb. pestilentialib⁹ malus. et hec de pnosticis uomit⁹.

¶ Capl'm qdragesimū sextū de quibusdam generalib⁹ in cura uomit⁹ obseruandis.

Met tps a mō uocat ut curaꝫ uomit⁹ ponā. In pn̄ti itaqꝫ capl'o generalia q̄dam describam. ⁊ dehinc particulari cuiqꝫ uomitui curam appropriataꝫ. Si igit uomit⁹ a malis humorib⁹ pōgentib⁹ stomacū aut ipm aggrauantib⁹ fiat. nisi p pri⁹ a natura uel ab arte fuerint euacuati. minime restrīgat. Cibalis itē uomit⁹ si a cibo supfluo aut indigesto puenerit nequaq̄ restringēdus erit ubi non nec ab indigesto nec a supfluo cibo fiat cohibendū ē. Facilem et temperatum humoralē uomitū nequaq̄ restringas. uerum ubi stomacū debilitari cōprehēderes restringendū eēt. Nā si ɔsuetudinari⁹ fieret stomacū debilitando eū lacunam supfluitatū efficeret. quare talis ɔsuetudo erit paulatine remouēda. ¶ Uomit⁹ cretic⁹ signis digestionis ꝑapparentib⁹ nisi supfluat q ex īfirmi tollerātia mala dephendes. minime restringat. In principio itē materialis morbi sepe uomit⁹ sinthomaticus accidit. ut pncipio paroxismoꝝ materialium febriū sepe ɔtingit. ⁊ talis nisi nimium natura grauaretur minime restrigēdus erit. Nam q̄uis p uiam signi ut ī pnosticis generalib⁹ hūisti malus sit. per uiam tn̄ cāe bon⁹ eē pōt. inquantū. s. materiam paratā egritudinē facere uel actu facientem minuit. ⁊ interdum cā eradicat ex toto ut sepi⁹ experimur. ¶ Caueas insup ne infirmo tuo cibū facilis corruptionis exhibeas. ⁊ ita nec quouismō cibum abhōinabilē pbeas. imo odoriferꝝ. ⁊ q̄to pl⁹ potis ðlicate ꝑpatū dabis. nā ut īqt. Ꝙ. odor bon⁹ ē ɔueniens stomaco. sicut assatū panē in aceto forti infusum odorare. uel in bono uino aromatico. ut bon⁹ Rasis uoluit. unde ī casu isto aerem camere odoriferū facere laudat. ⁊ magis adhuc cibos odoriferos exhibere. Et ad hoc ppositum faciētia supra octauo capl'o plurima cōperies. Nā sicut fetida apta sunt stomacum subuertere. ita odorifera confortare. Et ad hoc in meo de necessitate cōpōis medicinaꝝ medicinas odoriferas multipl'r facere docui. Sed modus approximādi odorifera talis ē. q2 non diu odorifera illa coram īfirmis tuis teneas. ⁊ ipis auidis ad illa approximādum aliqn̄tulum differas. dehinc postea illa iteꝝ approximabis. q2 īfirm⁹ tunc auidius odores illos recipiet. Et ob hoc supra ī octauo capl'o approximādo cibaria odorifera tot cerimonias apposui assumpto insup cibo gescat īfirmus. pōt tn̄ ut cib⁹ facilius ad fundū stomaci transeat leuiter deambulare. somn⁹ tales multū adiuuat. Sup ōia infirmū tuū ab ira pfundis cogitatiōib⁹ ɔ quib⁹ cuꝫ cātilenis instrīs musicalib⁹ ac nouis seu facecijs delectātib⁹ eū facile remouebis. Quātū ad cibū ⁊ potū fm humoꝝ peccātiū exigētiā ac membroꝝ diuersitatē q̄ uomit⁹ sunt cā uariādi erunt. de qbus fm exigentiā seq̄ntibus in capl'is doctrinā adiuuāte deo tibi dabo. Et pp hoc huic generali capl'o finem impono.

¶ Capl'm quadragesimuꝫ septimum de cura uomitus sanguinei.

AD uomitum particulariū curaꝫ ueniendo a sanguinis uomitu inchoare libet. Pro quo sciendum q uomitus sanguinis siue a toto siue ab aliquo membro prouēiat nisi superfluat. aut uirtutē deyciat. minime restringat. Sed si superfluerit aut uirtutem deyecerit. considera an a toto uel ab aliquo particulari mēbro ad stomacum sanguis mādetur. ut est splen epar et matrix ⁊ cetera. Et ubi etas ul' aliud flobothomiā non impediat minuēdus erit īfirm⁹. quod si a toto uena nigra flobothometur. ¶ Si ab epate basilica dextra. ⁊ si a splene sinistra. Et si propter retentioneꝫ mestruorum saphena. propter autem emoroidarum retētionem uena sciatica. Et si propter retentionem fluxus sanguinis narium cōsueti illius partis a qua egreditur sanguis. incidatur cephalica. ¶ Melius tamen esset si propter retentionem mestruorum id fiat mestrua prouocare. iuxta afforismum quinte particule.

Mulieri inquit sāguinē uomenti mestruis
rumpētibus solutio fit .s. illi⁹ uoītus ꝙ pariē
ƀ retētione emoroydarū aut retētione flux⁹
sanguinis nariū ē dicendum. talia.n. prouocare
uomitū illū soluit. Nā ⁊ flōmie pdicte ⁊ emo
roydarū puocatio id a uia uomit⁹ sanguinē
illum diuertūt cuius cā uomitus sistitur. ¶ Et
nota si per uomitū due libre sanguinis egresse
fuerit ⁊ facta fuerit flōmia nec uomit⁹ restri
ctus fuerit. fienda erit secūdatio pauca tamen
sāguis quātitas extrahatur. Et ut Auice. igt
flōmia minuta semp fiat ⁊ stricta causa.s.in p
ma flōmia ꝙ̄ i sebatione adhuc ne spūs nimia
ꝙ̄titas resoluat. Nota isup ꝙ ubi tal' uomit⁹
sanguinis ab ulceribus sanguineis pueniret.
nequaquam fienda esset flobotomia. nisi in
toto sanguinis habundantiā cerneres uerum
ubi etas uel aliud flobothomiam impediret.
essent in cruribus cum scarificatione uentose
ponende flobothomia seu uentosis secundum
exigentiā factis ad inferiora mēbra erit fiēda
diuersio cū fricationibus silicet ligaturis do
lorosis ac cum uentosis sine scarificatione ut
in cruribus aut sub umbilico uel in costarum
radicibus iferiorib⁹. Et si cum istis restrictio
non fieret erūt ad spatulas uentose ponende.
Amplius si sanguis ab epate uel a splene uel
a membro alio uomitum efficiens ad stoācū
missus fuerit sub tale membrū uentosa sine
scarificatione ponat. ¶ His per ordinē factis
tā ab intra quam ab extra sanguinem restri
gentia ueniunt approximanda. Sed antequā
talia fiant auisatus esto ne uentre exñte stipti
co et fecibus nō eductis illa fiant. ¶ In illo
igitur casu cū clisteri comuni aut aliter illas
feces educas. hoc enim facto illa securius ap
proximabis ac regulari⁹. ¶ Facias ergo sic
℞. lapidis ematitis.ʒ.ii.ß. coralorū ru.ʒ.i. cor
nu ceruini busti ⁊ in aqua ro. preparati caude
equine boli ar. añ.℈.ij. fiat puluis. de quo cū
bono uino stiptico stoāco ieiuno coclear unū
dabis. Est.n. puluis iste i hoc cāu mirabilis.
Cōiter tñ praticātes cū aqua et aceto uel cū
aqua plātaginis seu uirge pastoris. uel cō suc
co ipsarū.ʒ.i. trociscorū de karabe pbent. imo
pdictorū succorū qlibet per se bibit⁹ mirre in
hoc casu ualet. uel cū aliquo istorū pulueris
caude equine.ʒ.i. dabis. ¶ Uel facias sic. ℞.
terre sigillate boli ar. spodij añ.ʒ.ij. lapidis ema
titis.ʒ.i. caude eqne. coralorū rub. añ.℈.ij. fiat
puluis. de quo.ʒ.i. cum aliquo pdictorū exhi
be. Alig uo cum aqua ferrata uel pluuiali mo
dico aceti addito puluere suos dabant. Ego
aūt aliqñ cū pdictis succis uel aqs tm̄ duos
lapides ematitis confricari feci. qō rubea fie
ret. et mirabil'r ualet. ¶ Ad idē.ʒ.i. pulueris i
frascripti mirabil'r ualet. q accipit granorum
granatorū berberis añ.ʒ.i.ß. rof. ru. su.ach. bo
li armeni terre sigillate spodij añ.℈.ij. lapidis
ematitis.ʒ.i. coralorū ru.℈.ij. fiat pulnis. Ali
as cū iulep ifrascripto puluere prescriptos
dabam. et ipm. ℞. succi plātaginis residentia
facta.℥.iiij. aq̄ plantaginis.℥.vij. sirupi ro. ex
infusiōe rof. facti.℥.iiij. uini granatorū muzo
rū.℥.i. iulipizent aromatizādo cū sandal' ru.
uel muscatelinis de isto iulept cū quo libue
rit puluere.℥.ij. puice dabis. qz nil supra.
Experire ⁊ uidebis uinū quoqz decoctionis
hipericon ut inquit Rasis in suis experimen
tis ōēs uomitū sāguinis sedat. a tqz pbaui. ue
rū cū uomit⁹ nimis molestās fuerit plurimi
cum suis dādis puluerib⁹ aliqd opij cōmiscē
dū laudant. ipm.n. et cetera narcotica sensum
obtundūt. cuius cā uirt⁹ expulsiua ad uomi
tū nō incitat. Et pp hoc puluerē ifrascriptū
dabant. q recipit acatie se. ro. balaustiarū ter
re sigillate gūi arabici opij añ. ptes equales fi
at puluis. cuius dosis sit.℈.ij. Uerū i dandis
opiatis hi duo casus ꝙ̄ maxime sunt obseruā
di. Primus ubi uideris alia medicamina nil
pfuisse opiatas nunꝙ̄ dare presumas. Secū
dus ē ꝙ in casu isto cū reb⁹ uomitiuis narco
tica nunꝙ̄ ponant. ut ē iusqām⁹. nux musca.
et sil'ia. ¶ Facias itē ꝙ dosis opij duo grana
nunꝙ̄ ptrāseat cū q̄ aliqō ipsi⁹ correctiuū sem
per addas. ut ē sandaraca. thus ⁊c. Et ꝙ̄uis
crocus nocumētorū opij sit maxime correc
tiuus ut i eo de fluxibus capit'o septimo de
claraui. i isto tamē casu minime ponendus ē.
Ipse enim uenas potēter aperit alia tamē cor
rectiua addi possūt ut ē parum gentiane i suc
co coriādri ac parū doronici uel zedoarie ⁊c.
Et hec ab intra. ¶ Uerum quia sequentibus
i capl'is q̄ ab extra approximāda ueniunt tam
huic ꝙ̄ ceteris uomitibus conferētia descrip
tur⁹ sum. ac etiam sibi rerum sex nō naturali
um regimē oucions. huic capitulo finē ipono.
Laus deo.

¶ Capl'm quadragesimum octauū de cura uomit⁹ colerici.

Si uomitus colericus fuerit consi
derandū erit an a stomaco an ab

alijs membris pueniat ꝛ si a stomaco i supe rioribus partibus materia fuerit ifiltrata fre quens uomitus aderit ꝛ cuꝫ difficultate qui dem cum quo coleram paucam atqꝫ subtileꝫ enomet. Pro cura igitur. ℞. aque pure. ℥. vi. sirupi acetosi simplicis uel oximell' simplicis ℥. ij. misce ꝛ tepidū potui tribue. Et istō uo mitum sumpto cibo ꝙ stomaco uacuo conue nientius exibetur qꝛ tunc materiam magis ci bo ꝯmixtam reperiet. Et antequā digō inco betur tale uomitiuū dādum erit. Dicūt tamē aliqui quod melius est tale uomitiuū ante ci bum exibere qꝛ cum colera subtilis sit ꝛ nō uiscosa leuiter educetur. Ego autem in facile uomentibus hoc facio. sedi dificulter uomē tibus post cibum prebeo. Post etiā istius uo mitiui exibitionē ubi materia uomituꝫ trada ret cum pena oleo inuncta i guttur missa uo mitum prouocabis. Et hoc i tempore quo pa tiens sine intermissione ifestatur a uomitu fi endum erit. Tempore uero quietis materiei digōnem hoc modo procura. ℞. sirupi aceto si simplicis uel oxizachare simplicis. ℥. i. ß. aque ēdiuie. ℥. iij. pro una uice misce. ¶ Et to tiens de ipso dabis quod tibi materia dige sta uideatur. Et hec ꝛ similia digesta tam ma teriei que in fundo seu in inferiorib⁹ pti bus stomaci residet conueniunt ꝙ in superio ribus si uicibus pluribus pro materiei supe riorum partium digestione sunt exhibenda digestiua ꝙ inferiorum. ¶ Digesta igiur mate ria aliqui iubent antiqui semper in istis solu tiuis mediciuis aliqua solutiua stiptica poni uerbigratia pro colera mirabolanos citrinos pro fl'ate chebulos pro melancolia indos ꝛc. ¶ In casu igitur isto facias sic. ℞. corticum mirabolanorum citrinorum. ℥. i. ß. cum trib⁹ amigdalis depilatis cōquasantur ꝛ i aqua en diuie in qua aliquę passule bulierit infunda tur per horas ad minus. x. in infusiōe perma neant deinde fortis fiat expressio cū qua mi sce reubarbari ellecti puluerizati. ʒ. i. uel. ℈. iiij. sirupi ro. ℥. i. ꝛ fiat potus. Jubent tamen aliqui in isto casu reubarbarbarum torr̄ fieri ꝛ tu facias si libet. Et si bolum prediligeret ℞. electuarij de succo ros. ℥. ß. zuchari quā tum sufficit ꝛ fiat bolus deauratus. Tamen ultramontes hoc ellectuariuꝫ per bollos faci unt ꝛ non in opiatam formā quare ꝛc. ¶ Si pillulas prediligeret. ℞. reubarbari ellecti. ʒ. i. spice gr̄. iij. fiant pill'e cum sirupo ro. ꝛ sit dosis una Uel de ipso puluere solum facias

zuchari parum addendo. ꝛ cum aqua lactis brodio pulli aque endiuie uel cūm aqua sola tri sirupi ro. paruꝫ addendo ipsuꝫ dabis. uel cum mo dico uini stiptici. Da ergo cū eo qō gustui patientis magis gratum fuerit. ¶ Tu autēꝫ secundum exigentiam dosim ad auge ꝛ iterū si libet torefacias ꝛc. uel da cum aliquo ex dictis potabilib⁹. ℈. i. diagredij. quod aliā cum recenti aqua prebui. Sed quia in casū isto tales medicine quecunque fuerint diffici liter rtinētur habeas poma quoctana sorbas nespulas ꝛ alios fructus stipticos quos pati ens ante solutiui mastici ꝛ acceptionē taꝫ suc cum⁹ ꝙ substantiam exhibendo ꝛ solutiū po stea recipiat. De hinc cum fort i aceto os suuꝫ collāt. ¶ Uel iterum ex his fructibus aliquē grosso modo masticet tam substantiaꝫ postea quam succum similiter expuendo. De ide pe tiam liniam hac in aqua in qua sit parum ace ti remollitam quam circa guttur inuolue. De hinc subito in faciem frigidā aquā prohice ꝛ paneꝫ assum in aceto forti remolitum sepius odoret. Et de ipso cū modico mēte ori stoma ci si empl'm feceris multum ualet. ¶ Fricatio nes ad extrema inferius trahendo semper fie ri iube ac māus in frigida aqua teneat quod in casu i° singularissimū adiuuci experire ꝛ ui debis. ¶ Et cum hoc iuxta umblicū uentosaꝫ siccam appone ueruꝫ si hec ordinate facta sint ꝛ non fuerit solutiū retentum mirabor. Sed auisatus esto quod ubi materia uersus ptes stomaci superiores fuerit per uomituꝫ ꝙ per secessuꝫ facilius educetur ꝛ ubi uersus fundū ꝛ inferiores partes per secessuꝫ ꝛ hoc ut su pra dictum est cognosces quod in superiori bus partibus materia fuerit uomit⁹ frequēs adderit in inferioribus autem nō ita frequēs Et per hoc scies an per inferius an per superi us matera sit educenda. Et qꝛ pro posse ad i feriora materia trahi debet clisteria ad hoc maxime ualent i quibus ad minus. ℥. vi. yere ponatur his sic per ordinē factis pro stomaci atqꝫ retentiue confortatione ꝯuenit sirupus de ribes de agresta de limonibus de endiuia de acetositate citri ac mīua citoniorū simplex que ceteris preualꝫ. ¶ Quidam infrascriptuꝫ puluerem plurimū laudāt de quo. ℈. ij. ul'. ʒ. i. pro uice dabāt per tres horas. s. ad minus ante pastū ex aliquo ex suprascriptis sirupis ut. ℞. granorum granatoruꝫ berberisañ. ℥. ij. ß. ros. rubearū sumach corticis exterioris pi stachiorū que inter cetera i hoc casu maxime

tiā abradi feceris corticē citri ad buliādum in aqua ponas. rectificat. n. aeris corruptionē ut pestilētialem. scđo casu. c. de cifo. poteris cū hoc addere ad bulliēdum i illa aq̄ de maiorana rozemarino radice yreos sicca cū folijs lauri. ⁊ erit aq̄ odorifera ualde. laudat insup ab Aui. tertia p̄mi doc. ѕa. c. iij. leuis fricatio p⁹ factū exercitiū. ⁊ ēt ab Aueroi. vi. colliget. c. de regie tēperate cōplexiōis quā facias si libet. q2 utilis ualde erit. Mō itaq3 exercitā di posito p3 qd de qete dicēdum sit. Nā si fortе exercitiū ē añ cibū pagendu3 seu mot⁹ fortis. ut statim dictū ē. ita p⁹ cibum assumptu3 ē statim qescēdum oīo uel saltē moliter ⁊ suauiter deambulādū. qñ. s. qs appeteret facilio rē cibi ad fundū stomaci descēsionē. ⁊ hoc tetigit Auic. tertia p̄mi. doc. ѕa. c. vij. du3 ingt. Et quēadmodū o3 motū q ē añ comestionem nō eē debilē ita necesse ē mot⁹ q ē p⁹ ip̄m qđ non sit nisi molis ⁊ suauis. Jō aiunt uulgares p⁹ cibum stabis aut passus mille meabis. Et hec de exercitio ⁊ qete dcā sufficiant.

¶ Caplm. xiij. de accidētibus aīe.

Quātam uim i ꝯseruatiōe sanitatis accidētia aīe possideant. testant aucto res ⁊ ipsa magna rex experientia. furor. n. ira. amor. gaudiū corp⁹ calefaciūt. timor vo tristitia ⁊ odium ip̄m ifrigidant. Uñ non nulli ex uehementi ira ⁊ furore i cronicas ēt graues egritudines ꝯstituti ⁊ aliq ad mortes fere usq3 deducti p̄stinam adepti sunt sanitatem. ut narrat hali. iij. tegni. comēto illi⁹ ptis Quā si quidē indiget ⁊c. de quodā militari duce defectu caliditatis inate fere ꝯsumpto quē perit⁹ medicus tm̄ fecit ad irā puocari q accēso ⁊ fortificato calore san⁹ euasit. hoc idē fecit Joseph⁹ medic⁹ bñ pit⁹ de Tito uespasiani filio q du3 eēt in mēbris suis oīo cō tract⁹ inimicū capitalē corā eo uenire mandauit quē sui amici plusq̄ ip3 uenerari fingebāt ex q̄ fuit tanta ira cōmot⁹ q fortificato calore suor mēbror sanitatē adept⁹ ē. Jdē3 ponit ualerius maxim⁹ lib. i. titulo de miraculis. de illo athleta milite q mut⁹ exñs dū uictorie p̄mium sibi uiolēter eriperet idignatiōe. ⁊ ira fuit tanta cōmotus. ut liber uocal'. euaserit. huius etenim potētie timor existit. ut in quodam uicino meo padue uidi q dum i pacismo quartane foret ⁊ ignis domū suā undiq3 con cremaret. sic ut pēsaret ab igne nequaq̄ euađ re posse se a quadā fenestra pcipitans siml' ab igne ⁊ a quartana liber euasit. Nimir ergo si

exptus uidi i cura quartane sup infirmu3 ab scissis dētib⁹ serpētes pџcere doceant. ac eu3 euaginato ense inuadere. ut Rasis. xviij. continent. c. de quartana testatur. Quantam in amouendam sanitatem ⁊ egritudinem inducē do habeat tristitia patet. q2 stupefacit. ⁊ naturas corrūpit hñtis tertio ethi. vlti. c. ip̄a q̄q3 corp⁹ exsiccat ut salamō i pabolis spiritus tristis exsiccat ossa. unđ aui. tertia. i. doc. i. c. iiij. ira iquit uehemēter calefacit Et pigritia uirtutes laxat animales Et raѕ. iiij. almāsoris c. de actionib⁹ animaliū cogitationū Quidā uero iquit tristari facit omnib⁹ sanis nocumē tum ifert et nō solū. tristitia et ira hec efficiunt uerū omnia anime accidentia inmoderata corpus extermināt ut gal'. iij. tegni extermināt enim ⁊ hec ingt. s. aīe accidētia immoderata. et. immutant corpus ab ea que ѕm naturā ꝯsistētia Nimir igitur si supfluū gaudium repētinā ⁊ subita3 mortē inducit ut ualerius narrat li. ix. de ill' mulierib⁹ que putabāt filium ⁊ maritū extīctos in cariēsi bello fuisse ⁊ dū in excogitate dictis mulierib⁹ occurrissēt i ipsor exspirauerūt āplexu cui accedēti uoluit sapiētissimus. ypo. obuiare. ut đ uita et morib⁹ pħor legi dū extra p̄mā sapiētissim⁹ fact⁹ esset patriamq3 repeteret timens insup ne letitie impetu ob ei⁹ aduētū pentes extinguerētur nūcium p̄mandauit nunciāte3. s. ip sum oculor lumie fore puatum ut hac tristitia pentū letitiā ꝯtēperaret. qua de re pestis tpe accidētium omniū anime est supfluitas euitāda na3 in tēperamēto mor custodia sanitatis anime et corpis sil' existit auic. all'. c. Et ideo ira tristitia timor. ⁊ similia uitētur omnino in quor loco debet gaudiū subire tēperatū uirtutib⁹ enim robur tribuit et anima3 in suis uiuat actionib⁹ raѕ. iiij. almā. allc. c. Et si diuersar psonar sit ꝯuersatio fugiēda cu3 gratis attū et boni regiminis ꝯmouetur assi duc atq3 iuxta doctrinā arist. in de regimine sanitatis ad alēxādrū pulcras ac delicatas facies ituea tur nā ispiciēdo pulcras formas delectari debem⁹ in artifice qui eas facit ut ip̄e pōit. xi. de animalib⁹. Cātilēas amenas noua istrumēta musicalia que psepe audiat libros historiar uel fabular delectātiū nōnūquam perlegat uestes itidē portet quisq3 sibi letitiam inferentes anulos quoque cū pciosis lapidibus iocalia et alia huiusmodi istis ita que et alijs infinitis fere modis quibus un⁹ magis quam alter delectatur. trahit enim

sua queecunq3 uoluptas. ut uirgili⁹ circa buc. Pius pōt quisq3 sibi inferre letitiam quam summe oī tpe laudo ꝛ potissime pestis tpe. nā dum hō pmanet in letitia pestis delet̄ imagīatio q̄ dubium imaginātem pestē sepe incidere facit. ut elici pōt ex dictis Auic. quarta pticula. vi. naturaliū. c. iiij. ubi expresse uoluit ꝙ imaginatio non solum corp⁹ imaginātis uerū3 alienū pōt realiter immutare. quare nimirū si ex pestis imag inatione plurimi ipsa3 incurrunt. Experimēto nanq3 uidemus nōnullos intuēdo acrimia comedētes acredinē in ore suo precipere. ac dētium stuporem icurrere. vij. pblematū. pbleu. viij. ꝙ solum ex forti puenit imagīatiōe. Et idē affirmat Aui. sa. i. c. de eis q̄ proueniunt ex motu aīali. ꝙ si imaginationem hoc efficere posse non credimus habeas gallinam oua cubāte3 corā q̄ serpentē icarceratū ī āphora apponas ꝛ tam diu aū ipsā uiuus moret̄ donec tempus quo pulli pfecti egredi d̄bēt euenerit tūc non pullos imo serpētes ex ouis ɔceptos inuenies qd̄ nō ex alio q̄z ex forti puenit ymaginatione. et idem p3 de pauone oua cubāte ꝛ albo lintheo circūdata ī quo casu oēs pauones albi nascūtur ut. docet experimentū. pestis ergo imaginatione3 modo omnibus quibus meli⁹ fieri potest bannire procuret. Et hec de accidentibus anime sufficiant.

Capitulum quartūdecimum de coitu.

Precedenti imediate capitulo coitu tractato ab auctorib⁹ nrīs cōr solet ānecti. Et ideo cū ex ipsi⁹ dimissione mort̄ subitānea nōnūq̄z ɔtigat ut hali. iij. tegni ɔmento illi⁹ ptis uenereoꝝ quidē scḃ3 epicurū moderato usu pl'ima iuuamēta ꝛ illi⁹ mortis euitatio. In hac pte putilem de ipso uult facere mentionē. Pro quo notandu3 ꝙ superfluitas coit⁹ seniū accelerat ꝛ uitā abreuiat ut hali. ɔmen. illius ptis tēpore d̄o usus ꝛce. un de q multum coeūt paꝝ uiūt propter qd̄ mullus ē lōgioris uite q̄z equus uel asinus. s. propter nō coire. Et passeres masculi breuioris sūt uite. s. femellis ppter. superfluū. s. coitu3 ut ar. i de lōgitudine et breuitate uite. unde auic. xx. tertij debilitatē iquit affert coitus. s. superflu⁹ cuius sile3 non auferūt alie euacuationes Et iō ar. i de regimīe principū. Coit⁹ iquit supflu⁹ est desiccatio corporis ꝛ abbreuiatō uite. ꝛ Aueroīs. vi. colligꝫ de usu coit⁹ dixit ɔsil'iter ꝙ coitus d̄siccat corp⁹. i. euaporare facit corpus ꝛ ītelligitur de coitu superfluo. Cauēdum est igit̄ sūmoope ne quis tempore pestis superfluo utatur coitu. Debilitat enī cerebru3 ualde q̄re nocet neruis ꝛ oculis ac ēt stoāco ut aui. xxij. tertij tractatu i. iuxta finē. dum dixit ꝙ coytus est ex rebus magis nociuis stomaco. ꝛ dimisso eius ē ex reb⁹ magis conferētibus ei cum de substātia spirit⁹ res plurima euacuet̄ facit peruenire illum q plurimū eo utitur ad infrigidatio. ēm sui corporis et resolutionem caliditatis innate. ꝛ ad mortificationē uirtutis. Nimiꝝ ergo si superflue utētes coitu pestis tpe ipam incurrant. ac ipsi tūc pp uirtutis debilitatē pereāt. Si tñ adolescēs ꝛ ɔsistens carnosus fuerit coitu cōsuet⁹ lete ac delicate uiuēs ex coit⁹ dimissiōe nō solum pestē ueꝝ mortem subitanea3 incurrere posset. Nā sperma retentum cōuertit̄ in uenenū. ut hali. ubi supra. Propterea uiri potentes ꝛ uidue ex dimissione coitus nōnunq̄z subitaneā mortē icurrūt. ut docet experimētum ꝙ non solum ex mēstruoꝝ retētione ueꝝ ēt ex ipsoꝝ spermatū si sperma ɔdignum sit appellare sepe cōtingit. Dico ergo ꝙ melius ē in casu isto ut tales uiri potentes nubāt ac coitu utant̄. ēt ɔsistens ac adolescentes q̄z ab ipso abstineant faciāt. ꝛ h̄ primi senes s3 raro ꝛ minus sine cōparatione ut ita dicā q̄z p̄cedētes. Coit⁹. n. in isto casu corpus repletū alleuiat aīam illarem ꝛ letā efficit. irā sedat. fantasticas ꝛ tediosas remouet cogitationes. ita nōnulli iterdum melācolici sanati sūt. Rasis iiij. almā. c. de iuuamēto ꝛ nocumēto coitus. Secūdi uero senes oīo se abstineāt. ꝛ hec est snīa olu3 auctoꝝ quā expsse tetigit haliabas. in de regīe sanitatis. c. de regīe grādioꝝ. ꝛ de regīe senum. Non tñ huius capl'i ɔfidentia q cunq3 adolescētes ꝛ iuuenes p̄mi senes glorientur. q3 hoc coitus puilegio solu3 uti debēt carnosa ꝛ robusta corpora uenas emplas repletas sanguine colorem rubeū ac piloꝝ multitudinē hn̄tia. Corpora nāq3 flegmatica colerica macra melācolica ꝛ breuiter supradictis cōtraria coitu raro uti debēt. Et si oīo abstineant p̄stātius forsan erit. Et iō Aueroīs. vi. colliget. c. de ɔseruatione sanitatis cū medicinis laxatiuis describēs corpora quib⁹ plus nocet coitus ingt nocet plus ceteris oīb⁹ cōplexionib⁹ maxime frigidis ꝛ siccis. Et inter cōplexiones calida ꝛ humida supfluum pōt tollerare leuius. et q̄ peiores sunt frigide et sicce existūt. Cetere uero medio mō se hn̄t ad

illud famellicus uino ciboqz replet⁹ conuale
scēs flobothomat⁹ tristis ac quoqz iratus ac
quouis labore laxatus coitum dz oīo uitare
Corpus enim taliter dispositum si pestis tpe
coitu usum fuerit miruz erit ni peste ipa tūc
rapiat. Et dixi notanē de adoloscēte seu iuue
ne coitui assueto qr insueti ex coitus dimisso
ne supradicta nō sic icurrūt nocumēta prio in
sueta ex ipius usu tali tēpore nisi bene robu
sta fuerint grādia forsan incurrēt detrimenta
Et hec de coitu dicta sufficiant.

¶ Capl'z qntūdecimū d inanitiōe ꝛ repletiōe.

u Ꝗ sex rerū n̄ naturaliū narratiōi finē
imponerē. de innanitione et repletiōe
restat facere mētionē ꝓ quo satis li
quet omnē rpletionē rex corruptionē facilis
recipiētiū ee uitādā quox doctrina ex p̄habi
tis satis haberi pōt nā repletionē uitare bo
minē ab omni īpedimēto p̄seruat ipsū q̄ sue
mētis ꝯpotē efficit. Et iō uituperādi sūt qui
adeo sua replēt corpora ut nec pes nec man⁹
similiter nec mēbrū aliud officiū suuz facere
possit ut in istis robustis frībus eis ieiunan
tibus nōnūquā ꝯtingit qui serotinā timētes
famē ad crepationē usqz se replēt a cāu itidē
ī egritudine euitatio repletionis quoqz p̄ser
uat ml'tisqz uicys obuiat. ūt ualeri⁹ maxim⁹
li. ij. ti. de isti. āti boneqz īgt ualitudis eox q̄
si quedā mater erat frugalitas inimica luxu
riosis epulis et aliena nimie uini habūdātie
et ab īmoderatione ueneris usu aduersa. Ex
quo ꝯcludo repletionē omnē fore uitādam ꝛ
hoc est quod uolebat auic. fen. iij. p̄mi doc. ij.
c. vij. dū dixit ex cibo ergo null⁹ est ita. replē
dus ut nō sit ibi locus supfluus sz est ab eo
retinendus reliquis desiderys adhuc in aīa
remanētib⁹. Pe. n. famis reliquie post horā
unā destruētur et ī hoc est us⁹ maxime obs
uādus qm̄ deterior est comestio que stoma
co facit grauedinē et deterior pot⁹ est qui te
peramētū egreditur et in stomaco natat non
debz quis ita pax comedere ut uirtutis seq̄
tur debilitas ceteris enim parib⁹ ex minori
quā corpori ꝯueniat nutrimēto mai⁹ sequitur
nocumētum q̄s ex maiori. Juxta illum afforis
mū. Jn tenuibus dictis ꝛc. Nec in tali tēpo
re ullo mō debet quis famē aut sitiz tollerar̄
iuxta sñiam auic. p̄ma quarti. c. de p̄seruatio
ne a peste. Et ras. q̄rto almā. c. de pestilētia ꝛ
eius cautela nā hec de facili faceret hoīnem ī
pestē cadere. Et iō nōnulli dixerūt ꝙ quinqz
sūt dictiones īcipiētes ab. f. seu eox significa
ta que pestē de facili īducere pn̄t. et alia qui
que ab. f. siminilir̄ īcipiētia p̄hibitiua. Jndu
cētia pestē sūt fames fatiga fructus. et femina
flatus p̄hibētia pestē sūt. flobotomia focus.
fuga. fricatio. fluxus. Et ītelligit̄ p fluxū hu
mox siquidē habūdauerīt supflue euacuatio
ꝓcuret ergo īsuper oīs homo scd̄z ꝯsuetudi
nem horis debitis beneficiū uētris habere
qr si ī hoc fuerit pigra natura tūc ꝯmuniter
īcitetur suppositorio facto ex melle ꝛ sale ul'
lardone radice bletis uel ꝯsimili. At si libe
ret hoc ꝯmuni posses uti clisteri. R. malue
blitis mercurialis matris uiolaruz an̄. M. i.
furfuris pugilū. s. fiat decoctio de qua acci
pe. lbr. i. s. ī qua dissoluatur cassie pulueris
zuc. an̄. ℥. i. olei uiolati ī estate l' ꝯmunis in
yeme ℥. iij. salis triti pax et fiat clistere ꝙ sē
per ponat̄ ī mane l' sero stomaco uacuo. Et h̄
de īanitione et repletione dicta sufficiāt qr ī
sequētib⁹ alia istā materiā ꝯcernētia sū deo
auxiliāte tractatur⁹ cui sit laus infinita.

¶ Tractatus secundus quatuor in se conti
net capitula.

¶ Capitulū primum tā farmatie quam flo
botomie naturā tractat.

s Ꝑ Ex rex uero naturaliū p̄cedēti regi
mine diligēter obsuato magna īmo
potissima pars p̄seruationis existit a
peste sicut īdubie qlibet eo utēs deo coopā
te primo ab ipsa liber euadit nā maxima p
ticula generationis egritudinū ē pessima cor
poris p̄paratio. qr ī ꝯcordātibus p̄rōpta est
lesio. ꝛ Gali. primo de differētys febriū. c. de
febre pestilētiali dixit ꝙ q moderatis labo
rib⁹ et uita decora utitūr oīo īpassibilis p̄se
uerat scd̄m oēs has dispositiones. s. pestilen
tiales. Sed qr humana natura est ī deterius
prolabi sēper ꝓna non erūt suprascripta ad
iungnē comunit̄ obsuata q̄re nisi aliqua medi
cinalia sumēda ī quottidiano usu subiūgerē
multi in hāc tremēdā pestē īcurrerēt capp n̄
nulla pestis bezardica ab aere uenenoso seu
q̄uis cā pestē īducere potēte dei omnipoten
tis grā īdubitāter defēdētia hic īferius āno
tabo. Que si comunit̄ ab auctoribus scripta
forsā non īueniāt̄ simplicia tn̄ ꝛ nedū ipsa ue
rū ex his ꝯposita īspiciētes debere effectū q̄s
diu efficere ꝯperiēt īfalāter. Nā ātiq p̄hi de
mitridati ꝯpositōe ꝛ successiue tiriace primi
tus ꝓpter indigētiā apparēter ī ꝯtraria uehe
mēter admirati sunt. Cunqz illa sollicite exa

minauerint nihil sine ministerio ingressuz cõ
pertũ ẽ qḋ de mixtiõib⁹ describẽdis fiet deo
dãte. et iõ aliqua bezardica tã simplicia q̃ cõ
posita ponã tam a priscis q̃ a modernis ĩ hoc
casu expta phis. alia ac ẽt subiungã q̃dã quo
rũ uirtutes ĩ quodã antiquissimo libro scrip
tas inueni. Tu igit̃ bone Jesu q me nunq̃ in
necessitatib⁹ reliq̃sti inceptis faueas. mentẽq3
meã imbecillẽ tuo celesti roze pfunde. ut talia
ĩscribere ualeã. qbus utẽtes possint a terribi
li tã feroci tam rapacissimo morbo se salubri
ter custodire Amẽ. Deinceps itaq3 tã ab int⁹
q̃ ab extra medicinalia applicãda describaz.
De flobothomia z farmãcia aliquã primitus
faciens mẽtionem. Pro quo notãdũ q adole
scẽs a. xiiij. annis supra ɔsistens. z ĩ primo se
nio ɔstitut⁹ robust⁹ carnosus uenas hñs am
plas repletas bruni et rubei coloris. ul'ex ru
beo cũ fusco pmixto. ut placuit Rasi. vij. al
man. nõ supflue utens coitu copiose ac delica
te cibis sanguinẽ multiplicãtib⁹ nutrit⁹ flebo
thomiã ĩ uere. de uena media semp facere d3.
Cũ q̃ ẽt si hũoꝝ fuerit abũdãtia cũ premissõe
digestiui ipm peccãtẽ humorẽ ɔcernẽtis far
macũ q̃q3 exhibendũ laudarẽ. cuius describ
tionẽ astãti medico derelinquo. Jtẽ si in aliq̃
humor aliqs supabundaret. quẽ pus medic⁹
cõmixtum sanguini iudicaret eo casu flobotho
miã ẽt facere ɔuenit. Postea fcã p prius illius
humoris digestiõe farmacũ seq d3. Et hec est
snĩa Rasis. iiij. almã. c. de regie corpis f3 tpa
dũ dixit. Jlle p̃terea q tpe hiemis multũ aui
de z simul in stomaco recepit. atq3 q̃ bonoꝝ
cibarioꝝ multitudinẽ cum uino suscepit sibi
cito flobothomia subuenire d3. Qui autẽ ci
bis grossis utit̃ z malis uẽtris solutione sibi
succurrere cogit̃. hoc idẽ in pte tetigit supra
capitulis de purgatiõib⁹ corpis a supfluis hu
moribus. z de iuuamẽto flobothomie z eius
nocumẽto. z iõ in his casib⁹ flobothomiã fieri
laudo. al's võ minime. Caue ergo ne flobotho
mes aliquẽ ne fuerit necessaria. q2 coleraz ru
beã ebulire facit. ut Aui. q̃rta primi. c. de flo
bothomia. z p ɔñs paratiozẽ ipm in pestẽ red
deret. Ex quo ɔcludo q õi mẽse cõseq̃nter z
vl'r facere flobothomiã tpe pestis ut nõnulli
parisiẽses z de monte pessulano iubebãt per
duos aut tres dies añ plenilunniũ ẽ timorosuz
z incõueniens. Nã z si in corpe pmit⁹ describ
to ĩ quo maxime sanguis abũdat. hec forsan
non multũ noceret. Colerici uero flegmatici
z melãcolici hec salubriter mĩme facere pos
sent z rõne z auctoris testimonio ɔcludi faci
lime posset. Nota ẽt q pueri et decrepiti ac
pgnãtes nisi forsan ĩ pmis mẽsib⁹ ĩ qb⁹ maxi
me sãguinẽ abũdare uiderem⁹ uẽtose iter spa
tulas cum scarificatione põt apponi. sunt. n.
uicarie uene medie ut inquit Auic. quarta p
mi allegato capl'o. uel ponant̃ inter renes z an
chas. q2 tenẽt locũ basilice. De flobothomiã
eim iã pestem hñtibus fiẽda aliud dicendum
erit. p quo infra ĩ pprio capl'o aliqua bñ no
tãda deo duce describam. Scias insup q il
le q bono utit̃ regie nec uomitu nec solutiõe
uẽtris nec siribus ĩdiget euacuatiõib⁹. Nã si
in ipso humor aliqs abũdaret maxime erit sã
guinis cui⁹ peccatũ solũ erit in quãto ad cui⁹
remotionẽ solũ sufficit flobothomia. Et hec
ẽ snĩa Aui. q̃rta pmi. c. iiij. Et Hipo. ĩa ptícu
la afforismuz. illo affo. Sana hñtes corpa far
mãtijs uti zce. Laudo tñ ĩ supflue humorib⁹
repletis q ueris tpe fm ipsoꝝ exigẽtiam fiat
euacuatio. et q astãtes medici fm humoꝝ3 di
uersitatẽ facere eã debẽt. nec q̃squã ita ausus
existat ut sine medici ɔsilio fortes r̃cipiat me
dicinas. Nã psepe bonus humor euacuat pec
cãte derelicto. q̃re hũor ille peccans de facili
pestis recipit ipressionẽ. v̄tute quoq3 derelic
ta moriunt̃ ĩ breui. Et hec de flobothomia z
farmãtia dcã sufficiant ĩ generali. zce.

Capl'm secũdum quasdã pillulaꝝ ac leuiũ
solutionis ponit descriptionẽ.

Flobothomie ptib⁹ debitis z farmã
cie fm exigentiã iã exhibitis unam
tres uel q̃nq3 ex ĩfrascriptis pillulis in ebdo
mada bis q̃sq3 sumere d3 uel singula die unã
añ cenã. z hoc ĩtellexit Aui. pma q̃rti. c. de pre
seruatiõe a pestilentia. dũ dixit. Et de medica
mine fcõ ex aloe croco. z mirra sumat̃ õi die
circiter. 3. i. qm̃ est iuuatiuũ zce. Et Ras. q̃rto
almã. c. de pestilentia z ci⁹ cautela. Un⁹ q̃daz
antiquoꝝ phoꝝ dixit q si due ptes aloes su
mant. z croci oriental' z mirre uniuscuiusq3
añ ptem unã. z det̃ ex eis ĩ pncipio pestilẽtie
cuiq3 põdus duodecimo kirat qḋ ẽ ĩ summa
põdus q̃draginta octo granoꝝ ordei singulis
dieb⁹ cũ. ℥. i. uini tempati maximũ affert reme
dium. ita ut asserat se nemĩnẽ uidisse hãc me
dicinã in pncipio mortalitatis bibentem. qui
nõ euasisset. hoc idem põit Auerois. vi. colli
get. ultimo. c. q esse d3. Sigs. n. ingredientia
examinauerit. mirabilem in his pillulis sine
pulvere inueniet pprietatem. aloes nanq3 est
adeo mirabilis uirtutis ut inq̃t Mesue ĩ de

ↄsolatione medicinar. ꝓprio capitulo ꝙ qui
assiduat acceptionē ei⁹ cōtinue nō uidebit im
corpore suo et istrumētis sēsuū ei⁹ egritudi
nē que nō sit habilis sanari ⁊ ꝓseruat a putre
factiōe Mirra quoq3 ut testant auctores ne
dū corpora uiua imo mortua a corruptiōe ꝑ
seruat. Croc⁹ ut ī quit Auic. canone secūdo. c.
ꝓprio nūꝗ alterat hūores imo cōseruat eu3
scōm eq̄litatē ⁊ rectificat putrefactionē quā
teq3 sit alacritatis inductiua uis ille nouit q
nihil ignorat. ⁊ tu uide ibi lꝗre inter alia medi
camia sine laudib⁹ ulteriorib⁹ hoc ꝗ maxie
laudo. Sed q2 ī puluerē ip3 sumer ualde exi
stit abhominabille fiant pillule isto mō. ℞.
aloes. ʒ. ij. mirre croci añ. ʒ. i. formētur pillu
le decētis magnitudis cū uino optio ul' siru
po acetositatis citri ul' de ribes uel de limōi
bus de quib⁹ una tres ul' quiq3 sumant mō
quo supra laudarē tñ ⁊ maxie estatis tpre
ut cū aqua rosata acetose seu endiuie ter per
ꝑus aloes ⁊ mirra lauarent. Naz ut iquit ge
rard⁹ in glosis sup uiatico. c. de ydropesi in
aloe loto ptes ignee dissoluūtur ⁊ separant ⁊ si
aloes lotio ultīa uice cū aceto forti fieret il
lo tēpore maxie cōueniret. Fiat ergo sic pul
uerizet aloes sup quo aliq̄ ꝑdictar aquarum
infundat. deide exsiccari pmittat ⁊ iter pul
uerizet sup quo aqua ut ꝑus fundat ⁊ exsic
cet tertio ī puluerē redigāt sup quo ꝑiecta
aqua ul' aceto desiccet adhuc ⁊ in puluerē re
ductū vsui seruet. Eodē mō lauetur mirra si
placz. Et si ꝑdictis pillulis par masticis adde
ret securi ab aliquib⁹ essem⁹ nocumentis ab
eo uenire potētib⁹. Fiat ergo sic. ℞. aloes lo
ti ut. s. ʒ. iij. mirre lote. croci masticis añ. ʒ. i.
fiant pillule ↄ aliquo supradictor sirupor.
Nota tamē ꝙ aliqui moderni ī his pillulis
nihil addi pmitterēt nec lauarent ↄsimiliter
aloe sup dicto Aui. quito canone. c. de tyria
ca. se fundātes ibi ī tyriaca scd3 descriptōe3
androaci nihil addēdū nec diminuēdu3 q2 cō
plexio car rer ut ait cū tanto pōdere illā uir
tutē h3 ⁊ idē3 dñt isti de istis pillulis Q ō si
oppositū ei⁹ demōstrari nō posset nō uitupe
ro tñ tā ī his quā ī qbuscūq3 alijs ↄpositōi
bus addere aliqd ⁊ diminuere ⁊ fit h scd3 ra
tionē imo facere oppositū peti⁹ ifirmitati at
tribuit itellect⁹ Q ō et expresse Auerrois in
nuit quito colliget capitulo ultio ↄ Aui. illo
paragrafo Et iō dicit ille homo quē tu scis ⁊
cetera. Mirabiles sunt ī h cāu pillule supra
scripte nō tñ min⁹ ꝓficue sunt que sequūtur
ut īgrediētia examināti clare patebit ꝙ ēt ex
perimēto iādiu ↄprobatū extitit q2 istrumē
ta oiu3 sensuū a supfluis hūorib⁹ oīo mūdifi
cant mēbraq3 ↄfortāt ꝑncipalia atq3 uirtutē
habēt oē pestilētiale uenenū a tota substātia
corrūpere ⁊ laudo poti⁹ quar pasta ꝑ mēses
aliquot añ facta fuerit ꝗ q̄ nouit fit nō sit at
tñ ita ātiqua ut duos trāseat ānos Fiat ergo
sic. ℞. pulvis zinziberis electi. credo ꝙ vult
dicere reubarbari. ʒ. iij. ifundat ī aq̄ scabiose
⁊ buglose sine rosar añ. ℥. iij. ß. buliāt usq3
ad ↄsumptōe3 tertie ptis ⁊ fiat expressio in q̄
expressione pone agarici electi pulverizati.
℥. ß. quā ī sole desiccari permitte. Deinō. ℞.
aloes ut. s. loti. ℥. i. mirre lote croci añ. ℥. ß.
agarici ut. s. ꝑparati. ʒ. iij. mirabolanor citri
nor. ʒ. ij. ß. kebulor. ʒ. i. ß. radicū diptami. tor
mētille ⁊ tunici añ. ʒ. i. masticis cinamomi añ.
ʒ. ij. spice. ℈. ß. musci in tpe frigido granū. i. fi
ant pillule cum aliquo sirupo2um predictorū
qb⁹ uti pōt sicut precedentibus. tēpore ue
ro calido dimitte muscū. et pone grana. iiij. cā
phore. et fac pillulas ut supra. Sed hic nota
unū quod nōnulli ex usu quarū uis pillularū
supradictar īcurrūt aliqñ uētris tortionē ac
alia plurima nocumēta. qð tñ nō prouenit ra
tione pillularum: sed ingrediētium. ut aloes
non boni uel alterius et cetera. nam aloe non
bonū multa pōt īducer nocumēta descripta.
Johānē mesue ī de cōsolatōe medicinar. c. ð
aloe Et iō has pillulas fieri faciētes bonū ac
ꝑ bonū eligāt apotecariū. Et nota bñ hic ꝙ tā
ī hac ꝗ ī alijs medicinis medico sepe magna
ↄsecuta ē uerecūdia ⁊ ifirmo dampnū. Si qs
tñ ꝓpter ꝗuis cās ut emoroidas uel aliud
huiusmōi pillulas suprascriptas sumere non
auderet ꝓsens medicus Aui. nō auscultando
scd3 exigētia3 addēdo masticē uel aliud cor
reptōi appropiatū eas ↄficere pōt. Itē deb3
quis ī his pillulis scd3 itētōnē ꝗ h3 respectu
alicui⁹ ꝓseruāde ꝑsone singularē lapsum ali
quē habētis adiūgere ī recepta illū respiciē
tia lapsū dūmō ꝑ basi ī sua recepta pillulas
hēat suprascriptas. His isuper pillul' a quar
to anno supra ī quacunq3 quisq3 fuerit etate
uti pōt. plus tñ de eis uel minus ꝭm persone
exigētia3. Et si quauis causa uel impregnatio
nis. uel aliquo huiusmodi pillulas recipere
ñ ualeat māna ul' cassia fistula semel utat ī eb
domada cū brodio pulli uel aqua lactis uel
aliquo taliū dōs soluta semꝑ addēdo parum
pulueris cinamomi ⁊ est. stomaco uacuo āte

prandiū bibēda p horā. Clisteria quoqꝫ cōia in hoc casu ꝯuenirēt similiter nāqꝫ si corpa fuerit mūda cū īfrascriptoꝝ tyriacaliū vsu tñ dico forsan immo erit quodāmō impossibile qȝ peste moriat. Et si i aliquo euenerit uerū poti⁹ diuino iudicio ꝓuenit quā aliter Act⁹ enīꝫ actiuoꝝ nō recipiūtur nisi in patiēte dis posito. ⁊ cū hoc sit totalr̄ īdispositum pꝫ qȝ dictū ē ⁊ intantū de pillulis sit dictū.

Capl'ꝫ xliiii ꝯtinꝫ i se q̄dā pestis bezardica.

Et si ex pillulaꝝ vsu in p̄cedenti capitulo positaꝝ alio bono obſuato regimine corp⁹ itaqꝫ mundū pmaneat ut quodāmō ipossibile sit ipꝫ in pestē incurrere. quedā tamē in p̄senti capl'o positurus quib⁹ deo duce ipm corp⁹ taliter disponet̄ qȝ aer siue quodlibꝫ aliud pestis i eo nullaꝫ facere poterit īpressionē. vñ talia merito pestis bezardica appellari ꝯdignū ē. Nā sicut Mitridates rex ponti a q̄ mitridatū electuariū assumpsit nomē ex eius usu talē i mēbris acquisiuit dispositionē ꝙ per ītiosissimū haustum uenenū nullam in eo penitus lesionē impressit ut i historys legit̄ romanoꝝ dū a pōpeo ⁊ romanis i esbro urbe ēet obsessus ita nec dubiū ex usu rerū deīceps scribendarū corp⁹ talr̄ disponet̄. ꝙ pestis īfectō de oppreuio eidē oīo nihil nocebit. Dico ergo ꝙ lutū armenū est tali uirtute donatū ut nō solū ex eius usu homo p̄seruet̄. uerū liberet iam ab ipsa peste dep̄rehensum ut testant̄ auctores ⁊ precipue filius abbolai secūdo canone capl'o ꝓprio īquit enim ꝙ plures iaꝫ sanati sunt ex pestilentia magna ꝓpter ꝯsuetudinē bibēdi ipsuꝫ cū uino subtili. Et subiungit ꝙ si bibit̄ in febre pestilētiali necessariū est uinū ut cuꝫ perducat ad cor ⁊ dꝫ illud cuꝫ aqua rosaꝝ p misceri non tñ aquā acetose minus laudo cū ꝯtra pestē maxima sibi uirt⁹ inexistat. ut statiꝫ dicet̄. Galien⁹ uero p̄cipit ut cū aceto aq̄ pmixto bibat̄ ꝙ si in alys nō multū laudem in colericis tñ nō uitupero cū acetū sit multū colere atqꝫ sanguinis feruorē extinctiuū ⁊ p cōsequēs coꝝ adhustionis ꝓhibitiuū. hi autem nullā aliaꝫ de ipso luto armeno faciunt p̄paratiōnē sed laudo ut cū bono uino maluatico aut simili aut aqua acetose buglose rosarum absinthy ul' scabiose ter per prius ante eius exhibitionē lauaret̄ ad minus. Est enim species t̄re ⁊ p̄ cōsequēs opilatiuū ut ergo p angustas uenas facilius ualeāt penetrar̄ ħ lotio sibi cōuenit iuxta sentētiā Johannis mesue i de ꝯsolatione medicinaruꝫ. c. de modis lauationū ipsaꝝ primo qꝛ si que partes sordide in eo fuerint amouētur ⁊ ēt ꝓut ibidē dicit aliq̄ sunt medicine q̄ ex locione acquirunt ut magis inexistāt opilationū apitiue ⁊ ꝓpt̄ hanc cāꝫ laudo ut cū pauco uino subtili aqua rosaꝝ uel acetosa pmixto bibatur. ut uoluit Aui. allegato capitulo uel cum uno cocleari aq̄ inferius describēde. debetqꝫ cadē cā subtilissime ꝯteri iuxta doctrinā eiusdem mesue capitulo de mōis triturationuꝫ medicinarum ut Aui. secūdo canone. c. quinto. parati tamē in opilationē cadere nisi cū alio adiungat̄ diuretico cuius dos sit a. ʒ. i. usqꝫ ad. ij. mane. s. anteꝙ̄ domū egrediat̄ quā nisi necessitas cogerit minime egredi debes si per prius aer a radys solarib⁹ nō fuerit expurgat⁹ Ipm ita qꝫ lutum armenū taliter p̄paretur. Conterat̄ subtiliter ⁊ super ipm aliqua ex aquis ul' uino fundat̄ suprascriptis tantū scilicet quātū bibere pōt hoc facto permittat̄ dessiccari ⁊ iterato ꝯteratur ⁊ fiat ut primo trib⁹ āt quatuor uicibus ultimo uero ꝯteratur ⁊ vsui reseruetur. Acetosa quoniā i p̄seruando a peste mirabilem habet efficaciā ut a fide digno quodā habui qui nec aliquis ex eius familia ꝓpter quāuis pestē nūquā locum mutauit ⁊ die singula ante prandiū ⁊ ante cenā ⁊ ex suis quilibꝫ unū boluꝫ acetose sumpserat ⁊ carente ipsa puluerē ipsius recipiebat cuꝫ quo etiam pillulis suprascriptis interdū utebat̄ qua de re ex suis nullus dei dono fuit unquā peste pereptus Inspectis ergo tam qualitatibus manifestis quā ocultis per quas agit ipsius usum quam multipliciter laudo. Secundo modo magis ꝙ ipsa sumpta nedū morsuꝫ a scorpione liberat uerū ante morsuraꝫ accepta ipsa siue semē uenenū postea scorpionis nullā in corpore sinit facere impressionem ut Aui. secūdo canone. c. ꝓprio. Cuꝫ hec ergo sibi insit ꝓprietas uerisimilr̄ ꝯtra pestē hanc candē uel ꝯsimilē debet habere. O. quot ⁊ ꝙ̄tas gloriosus iste ies⁹ ꝺ nazareth ꝓprietates rebus iposuit que adhuc existūt nobis ignote. Eadem ꝓpietas ⁊ maior attribuit̄ radici tormētille ut iā annis plurimis pp īdubitatā experiētiā apud ul'gus famosissīa existat dꝫ enim radix illa in umbra desiccari ⁊ ī puluereꝫ redigi. Cuius dosis est a. ʒ. ß. usqꝫ ad. ʒ. i. cū uino aque acetose uel rosaꝝ permixto aut

acceto cũ his aquis ⁊ maxime in colericis. In quodã enĩ antiquissimo libro ĩueni ipsã mirabiles ꝓprietates habere ⁊ ꝙ in ea potissimũ nostroqꝫ maxime ꝑtinẽs ꝓposito ẽ ꝙ eius radix ꝯtra pestilẽtiaꝫ mirabiliter opatur ac cordis doloreꝫ remouet indilate ⁊ potata uenenũ omne in breui a corpe facit exire. Puluis quoqꝫ radicis diptami isto quãmaxime ꝯfert in casu ꝙ longa est iã experiẽtia cõprobatuꝫ ⁊ nil mirũ si hec sibi uirtus inẽ qꝛ ꝯtra uenenũ mirabiliter operaṫ ut sensit Serapio in suo de simplicibus capitulo de diptamo ⁊ laudes mirabiles de ipso ponit circa instãs capitulo ꝓprio. Unde ualerius maximus libro primo titulo de miraculis Inquit ꝙ ĩ crete ad siluestres capras cum uenenatis telis uenenãtur que percusse salutare auxiliũ herbe diptami petũt que ꝯmesta a tali pernitioso ueneno euadũt illese ⁊ si candẽ nõ ĩueniunt ibidẽ mortue breue cadũt ĩfra tẽpus Idem ponit. Uirgilius duodecio eneidos dũ ĩquit. hic uerius idigno nati cõcussa dolore. diptamuꝫ genitrix diptea capit abida pulueribus caulẽ folijs ⁊ flore comãtẽ purpureo nõ illa feris incognita capris. Gramina õ tergo uolucres heserẽ sagitte. Huius aũt radicis dosis. ʒ. i. cuꝫ acceto ⁊ aqua rosaꝝ ꝓpter eius caliditatẽ potatur Et ꝙ ad experiẽtiã uidi ꝯsilis uirtutis antere radix existit ⁊ est herba q̃ iuxta thorã illã. s. herbã nascitur ex qua uenenum ꝯficiṫ cũ quo ĩ alpibus salutiaꝝ ⁊ piarolij ad capras siluestres uenãtur. ⁊ hec radix similaṫ nucleis oliuaꝝ de qua in sinonimis suis simõ ianuẽsis facit mẽtionem ⁊ est bezcar illius thoř q̃ est adeo uenenosa ꝙ oĩa animalia sua ĩterficit uenenositate. Nimirꝫ ergo si ipsius pestis ãthora illa bezcar existat ꝯsil'iter. Et eius usus est ut radices diptami. puluis etiã radicis herbe tunici quomõcũqꝫ sumaṫ maximũ ĩ h̃ casu ꝓstat iuuamentũ. Idẽ dico de pĩpinella nõnulli pterea idẽ dixerunt de scabiosa ⁊ tantã in eo habẽt cõfidentiã ut nõ solũ uirtutẽ ꝓseruãdi ĩmo que ĩfra duodecimã horã hñti pestilẽtiaꝫ succus datus potui ipsam pestẽ extinguit ⁊ si nõ habẽt succuꝫ aq̃ exhibẽt sublimataꝫ eius dẽ. Terra idẽ sigillata in hoc cãu ꝯfert mirabiliter ita ut luto armeno eqꝑolleat in uirtute ut senserat. Auerroys sexto colliget. c. õ preseruationis ab egritudinibus pestilentialibus ⁊ hoc ideꝫ elici põt ex dictis. Aui. scõo canone. c. ꝓprio. qui terrã ipaꝫ lutũ diuinum appellat. Et in de uiribus cordis. dicit ipsaꝫ mirabilẽ ꝓprietatẽ habere ad ꝯfortandum cor ⁊ ipsuꝫ letificandũ Unde asserit ꝙ si bibitur de ea ⁊ post uenenũ sumaṫ ipsuꝫ facit per uomitũ exire super que morsurã uenenosam cũ acceto linita illi morsure resistit. Et ego nõ nullos trufantulos uidi. qui ꝑ gratia sancti pauli uendũt ⁊ post morsurã uenenosoꝝ cuꝫ pauco uini exhibẽt ⁊ cuilibꝫ morsure uenẽose resistit ut ipsuꝫ expimẽtal'r ꝯñdunt. unde. Rasis. viij. alm. primo capitulo tyriacã ex ipsa ⁊ bacca lauri ꝯficere docet. ⁊ illi trufantuli puluerẽ paĩs assi adiũgunt ⁊ ipsaꝫ ꝓ optima tyriaca uendũt. Auicena. talẽ tyriacã facit ex terra sigillata baccis lauri ⁊ xeros ut ipẽ ponit sexta quarti capitulo quarto. Et qꝛ ita mirabilis hec terra existit ꝯtra uenena dicit ille sollẽnis speculator petrus de ebano ĩ suo de uenenis. ꝙ reges ⁊ principes oriẽtaliũ ptiũ super oẽs alios ueneni haustũ timẽtes cũ in illa patria uenena fiant excellẽtissima unde. s. hec nephãda hominũ pnities traxit origineꝫ in suis semper cenis ⁊ prãdijs terrã comedũt sigillatã ⁊ ideo sigillo regũ talis terra sigillatur unde terra sigillata cõiter est appellata. Hec enĩ coẽsta nullũ in corpe uenenũ qõuis facere sinit ĩpressionẽ ut idẽ ponit. Ex qbus pꝫ quãte ꝯtra pestẽ uirtutis existat. sꝫ laudarem ut eodẽ mõ ppararẽṫ ac sumereṫ sicut lutũ armenũ cũ species terre similiṫ existat ut pꝫ. Cepe quoqꝫ cũ lacte siue butiro cõestum mirabiliṫ ꝯfert in hoc casu ut ex dictis Aui. tertia primi doctria quĩta ca° tertio hẽri potest ubi dicit ꝙ qui uenenosos uapores aeris tiũerit nares ⁊ os instãtia sibi ligare debet ⁊ ẽt cũ lacte absqꝫ butiro per prius cepas comedere debꝫ nam cepe generat in stomaco hũorem humidũ plurimũ frangẽtẽ humorẽ uenenosuꝫ ut ipse ponit scõo canone. c. de cepe paragrafo uenena. ⁊ cc. Nõnulli idẽ dixerũt de alleo ꝙ ẽ tyriaca rusticoꝝ ꝙ ẽ satis uerisimile qꝛ bibitũ cũ uino morsure serpẽtuꝫ caĩs rabidi ⁊ uermiuꝫ uenenosoꝝ mirabil'r ꝓdest ut. Auicena scõo canone. hoꝝ tñ assiduũ non laudo usum ⁊ si mirabil'r prosint ⁊ maxĩe ĩ delicatis ut ytalicis talibus ut plurimũ ĩsuetis qꝛ sanguinẽ ⁊ colerã eius nimiũ ĩcẽderẽt. Grossi tamẽ rustici ⁊ citramontani talibus assueti usum eoꝝ sine nocumento magis possunt frequẽtare. Quidã cirugicus qui diu cũ sarracenis habitauit mihi retulit ꝙ sarracenoruꝫ reges barones ⁊ principes cõtra pestẽ puluere ex aliq̃ ĩfrascriptoꝝ utebãtur ut ẽ puluis

diptami pipinelle tormētille scabiose boliar me. terre sigillate. q̄ōlibȝ enim p se sumptuȝ hominē sic disponit ut pestis nequaq̄ꝫ timeat impressionē ut asserit se uidisse i illis ptibus quod ē uerisimile ut pȝ ex dictis Et si liberȝ ex plurib⁹ uel duobus posses puluerē ɔfice re. Absolute aūt cōtra uenenū bis utūr īdiffe renter ut ab ipso ꝑseruētur. ℥. ypericon radi ce enule campane diptamo aristologia rotun da ⁊ longa raffano ⁊ terra sigillata ⁊ uicitosi co seu antiframaco q̄ꝛ idem est. hec eiȝ simpli cia nos a peste preseruādi habere uirtutē in uenī que īter alia obtinēt p̄ncipatū. Et iō hoc in subiecto nōnulli ualētes phisici quādaȝ fe cerunt ɔpositionē in quib⁹ si quis subtil'r in spexerit aliq̄ō illoꝝ semp p bassi repicē. Q̄ō si plures iaȝ uideriȝ illas hic solū annotabo quasdāqȝ per me iūctas adiungamqȝ ifallan ter nō aliter ɔtra pestē examinatis omnibus diligēter. se habēt q̄ꝫ magna tyriaca ɔtra uene num. Prima quidē talis est. ℞. boli. arme. ut supra prepati. ℥. i. radicū tormētille tunici dip tami sandaloꝝ rubeoꝝ aā. ʒ. i. rasure eboris spodij corticū citri anthor. aā ʒ. ß. margaritaꝝ splendidaꝝ. ℈. ij. fragmētoꝝ rubini saphiri. granati smaraldi. iaciti. ana. ℈. i. fiat puluis cui si adderetur rasure unicornu. ℈. i. ß. usqȝ ad. ʒ. ß. omni mane ī uino subtili aque rosarū. uel acetose pmixto. Et potes si libet ut; hic puluis existat magis delicat⁹ addere zucari ad pondus omniū ⁊ tūc de ipso ī maiori su matur dosi. Si quis eniȝ ingredictia diligen ter examinauerit ipsuȝ pciosiorē tyriaca ɔpe riet in hoc casu. Et qꝛ isto tēpore gentes sunt adeo delicate q̄ꝛ in cottidiano usu pulueres quodāmō recipere abhorrēt Facias sic. ℞. pulueris suprascripti sine zuccaro. ℥. i. zucca ri tabaricet librā. i. demū accipe succi aceto se succi pomorū redolentiū. ana. ℥. vi. buliāt usqȝ ad cōsumptionē tertie ptis semper dis pumando. in quo dissolue zuccarū ⁊ fac cōfe ctionē in morsellis decētis magnitudīs de q bus exhibe unū oī mane bibēdo. ℥. paꝝ boni uini lipbati ut supra uel unū coclear aque in ferius describēde. posses ⁊ hanc ɔfectōeȝ in modū opiataꝝ cōficere ponēdo pro q̄libet li bra zucca. ʒ. x. illius pulueris qui poni dȝ cū zuccarū quasi frigidū fuerit ne puluis ipē ali quā a zuchi caliditate recipiat alterationē ⁊ sit dosis ut castanea bibēdo post uinū uel aq̄ꝫ ut supra. Et si ñ habes istos succos p dissol uendo zuccarū pone aquā rosate uel acetose

uel aquā alicuius simpliciū nominatoꝝ ut ē diptamus tormētilla ⁊c̄. faciendo aquā tā ō radicibus quā de herba lauando radices ip sas cū bono uino. Uel facias sic. ℞. sete noui ter in grana tincte librā. i. imergatur per diē ⁊ noctē in aqua rosaꝝ acetose ⁊ succo pomo rū redolentiū ana librā unā. deinde buliat donec aqua rubeat ⁊ in tali aqua dissolue zuc cari libras. iij. ⁊ cū fuerit debite coctum ad de illius pulueris uel alterius describēdo. ℥. iij. si p bolos facere uolueris ul'. ℥. iiij. si opia taꝝ modū ⁊ utere ut supra. Hec enī confectio erit mirabilis ut pȝ posses tamē hanc ⁊ alias describendas cōfectiones cū sirupis iuleb et cū cōseruis facere ifrascriptis factis cū zucca ro taberizet ⁊ nō cū puluere zuccari ut cōīr isti faciūt apotecarij ⁊ possunt fieri p bolos uel ī opiataꝝ scilicet modū scōm q̄ō magis libuerit. Sirupi huic ꝓposito ptinētes sunt sirupus de ribes de acetositate citri de limo nibus de succo acetose de pšicis de pomis ō granatis acetosis de succo citrurbite de pru nis de corticib⁹ citri de granatis dulcibus. Syrupus rosatus ⁊ uiolat⁹ ualēt ⁊ alij syru pi magistrales ī cura febris pestilētialis deo duce describēdi. Iuleb. sunt ista uiolatū tam cum aqua q̄ꝫ cū uiolaꝝ succo. ⁊ iuleb rosatuȝ eodē modo factū. potes ⁊ iuleb facere ō me lissa ⁊ buglosa. Et cū floribus ⁊ de floribus boragis ⁊ nenupharis de scabiosa. ⁊ pimpi nella ⁊ scōm intētionē quā habueris potes iuleb ex quib⁹ uolueris herbis cōficere pu ta stomaticis epaticis capitalib⁹ cordialib⁹ ⁊c̄. ut mēta endiuia sticados buglossa ⁊cetera. Et secundū ēt quā habueris intētionē respe ctu illius quē intēdis preseruare poteris cali da cū frigidis epatica cū cordialib⁹ ⁊ sic de alijs facere ɔmisceri. Amplia ergo fantasiam ad etates tēpora anni ɔplexiōes regiones ⁊c̄. Et scōm exigētiam utere sirupis iuleb cōser uis aquis calidis uel frigidis uel tēperatis ⁊cetera. in huiusmōi ɔficiēdis. ɔfectionibus. Et pariter dicēdū ē ō puluerib⁹ tā ōscriptis q̄ꝫ ōscribēdis qꝛ cōsidera magis l' min⁹ calida ⁊ cis scōm necessitatē utere. Item poteris si libuerit sirupos iuleb ⁊ zucaruȝ cū quibus ɔfectōes facere intēdis aromatizare cuȝ aliq̄ ex pulueribus in capitulo ꝑsenti descriptis uel cū sandal' ambra uel musco uel. trocisciis de cāphora uel aliquo huiusmōi. Item pote ris in his cōfectionib⁹ addere succum limo nis arancij pomoꝝ redolentiuȝ acetositatem

citri uinũ granatoꝝ uinũ seu succũ citoniorũ succũ boraginis buglose uł quarũuis herbarum tue intẽtioni appropriataꝝ. Item si ↄfectiones i modũ opiataꝝ fieri feceris poteris in qualibet lib. zucca. addere. ℥. ß. tyriace fine uel mitridati. Cõueniũt ⁊ in ↄficiẽdis confectionib⁹ īfrascripte ↄserue facte cũ optimo zuccaro scilicet ↄserua rosaꝝ uiolaꝝ florũ nenufaris acetose buglose boraginis florum anthos mellisse corticũ citri arancij seu citrãguli. Itẽ si pro potentib⁹ omnes feceris confectiones deaurari scilicet tam in morsellis quã aliter bonũ erit. Nota īsuper ꝙ herbe poma ⁊ alia ex quib⁹ succi extrahunt̃ uel sirupi iuleb uel puluercs ⁊ ↄserue cõficiunt̃ debẽt ẽe in aere saluo collecte ꝙ si esse nõ possit colligant̃ saltem iam rore cõsumpto. Canones ita qȝ istos diligenter in mẽte reserua nã si ipos bene reseruaueris tibi hos ꝓseruãdo magna utilitas consequet̃. Et si uirtuosus immo uirtuosissim⁹ puluis descript⁹ existat nõ tñ minus uirtuosus est qui sequit̃ ut'. ℞. boli armeni ut supra ꝑparati. ℥. ij. cinamomi electi. ℥. ß. radicis tormẽtille. diptami tunici sandalorũ rubeoꝝ. ana. ʒ. ij. ß. rasure eboris. ʒ. i. ß. spodij. anthore. ana. ℈. duos. margaritaꝝ. corticuȝ citri. ana. ʒ. ß. smaragdi granati. rubini. iacincti. saphiri. ana. ℈. i. karabe. ℈. ß. ⁊ si potest hẽri de unicornu tandẽ ossis de corde cerui. ʒ. ß. auri ⁊ argenti folioꝝ. añ numero. v. fiat pl'uis cui adde zucharꝝ si eo ī puluere ũti uolueris. Uel de eo fac cõfectionẽ ut supraſcriptuȝ ẽ. Alius puluis qui diuin⁹ a sarracenis merito nũcupat̃. credunt enim ipsoꝝ plurimi pestem iudiciũ fore diuinũ sed cũ quis puluere utit̃ isto diuina gratia preseruat̃ ab ea iõ diuinus meruit appellari. uel ꝑ ↄponẽtib⁹ īspectis dȝ eo utentẽ a peste īdubie ꝓseruare. ⁊ est ut. ℞. boli armeni ut supra ꝑparati. ℥. i. ß. cinamoi. ℥. i. radicũ tormẽtille ⁊ diptami. ana. ℥. ß. radicum tunici. coriãdroꝝ preparatoꝝ ana. ʒ. ij. reubarbari electi. ʒ. ij. ß. croci. terre sigillate corticũ citri been albi ⁊ rubei. corallorũ rubeoꝝ sandaloꝝ citrinoꝝ limature eboris margaritaꝝ nouaꝝ. centonici. in. aceto per diẽ naturalẽ infusi. ana. ʒ. ij. karabe. macis. ana. ʒ. i. seminũ acetose. endiuie. pōtulace. spodi. ligni aloes. ossis de corde cerui. ana. ℈. duos. sete combuste. ana. ʒ. ß. auri ⁊ argẽti limatoꝝ. ana. ℈. i. ambre grana. vi. spice nardi. [illegible] musci granũ. i. Et in estate pone loco musci cãphor. grana. vi. ⁊ si habes unicornu. ℈. i. ⁊ anthore. ʒ. i. ⁊ fiat puluis. Alius pl'uis. quo similit̃ utũtur si in ꝓseruatõe a peste sarraceni. ℞. tormẽtille. diptami. tunici. ana. ℥. mediã seminis citri. boli armeni. ana. ʒ. ij. ossis de corde cerui. coraloꝝ. alboꝝ ⁊ rubeoꝝ. añ. ʒ. i. ß. triũ sãdalorũ. ana. ʒ. ß. reubarbari. ʒ. ß. spice nardi. grana quatuor. cãphore. ʒ. i. ⁊ fiat puluis. Alius puluis cũ quo quidã iudeus in peste mirabilia faciebat ut. ℞. cinamomi. ʒ. ß. zedoarie. ʒ. ij. boli armeni preparati. ʒ. vi. seminis acetose. seminis citri. corticũ. citri. ana. ʒ. ij. radicũ tunici. diptami ⁊ tormẽtille limatura eboris. ana. ʒ. i. ß. ossis de corde cerui. ʒ. i. fragmentorum esmaraldi rubini granati ⁊ saphiri. ana. ℈. i. fiat pl'uis ꝺ ꝗ ↄfectõeȝ fieri faciebat cũ ↄserue acetose buglosse. ana. ℥. ij. zuchari albi librã. unã ⁊ mediã meli⁹ tamẽ esset qȝ magis ꝺlicatũ ponere zuchari libras. ij. qȝ nimis est de puluere ĩ cõparatione ad zucharũ ꝙ ipse ponit' puluis alius quẽ brisiliẽses asserũt bominẽ nõ solũ a peste ꝓseruare sed infectũ liberare ⁊ dosis est. a. ʒ. i. usqȝ ad duas cũ aqua rosata uel acetose modico aceti addito. ⁊ ĩ preseruatione dat̃ mane stomaco uacuo ĩ pestilẽtiato uero det̃ ꝗ̃ citius meli⁹ ꝙ ĩfra. vij. horas pestilẽtiat⁹ ꝗ postꝗ̃ se captũ senserit accepẽrit ĩ dubio liberat̃ ut a ꝗbusdã ꝓlatis fide dignis hũi. ℞. diptami tormẽtille corallorũ ru. gẽtiane boli armeni terre sigillate añ ꝑtes eq̃les quolibȝ per se terat̃ ⁊ cũ quis uero sumẽ uoluerit oĩs ꝑtes eq̃les ponit. Si tñ liber de eo ueluti de alijs ↄfectionib⁹ facere potest ẽr. Et qȝ ĩfantilis ⁊ puerilis etas sepissime habũdat ĩ uermibus a quib⁹ nõnũquam pestis in eis ꝓuenit ut simul ab ipsis. s. uermibus ⁊ a peste ꝓseruet̃. facias sic. ℞. cẽtonici ĩ aceto fortissimo per diẽ naturalẽ infusi boli armeni ꝑparati añ. ℥. i. radicũ diptami. ℥. mediã rasure cornu cerui adbusti. seminis caulium. añ. ʒ. ij. seminis citri corticũ citri. radicuȝ tormẽtille tunici terre sigillate margaritarũ splẽdidaꝝ coriãdroꝝ ꝑpatoꝝ. añ. ʒ. ij. ß. fragmẽtoꝝ saphiri smaraldi iacincti granati. ana. ʒ. i. coraloꝝ rubeoꝝ. ʒ. ß. sete ↄbuste. seminis plãtaginis. añ. ℈. ij. ossis de corde cerui rasur̃ eboris. añ. ʒ. ß. ⁊ si haberi põt de vnicornu ponas. ℈. i. ⁊ ambre. ʒ. i. ⁊ fiat puluis. Cui⁹ tãta est in hoc cãu ꝙ scribere nequirẽ iõ eius laudes nõ scribo. Usus ei⁹ talis erit de ipo ↄserua rosaꝝ facias ↄmisceri ⁊ exhibe pueris stomaco uacuo uel cũ modica aqua portulace uł uini lipbati cũ aqua acetose ⁊ portulace. La

ctantib⁹ uero cū modico lactis sup̄ coclear e exhibe si uinū sumere nequiuerit. uel fieri facias cōfectionē solidā per modū opiate cum zucaro syrupo iuleb uel cōseruis prout de suprascriptis cōfectoib⁹ dictū est ꝛ eis utere tuo mō. Ampli⁹ recitat Guido de caliato in tractatu suo ō cirugia capitulo de aposteāti b⁹ pectoris in trāslatione ad mortalitatē qꝫ est de itētione. Arnaldi de uilla noua magistroꝝ mōtispessulani ac ēt parisiensiū ꝯ pestē tale tyriacale electuariū adiuenerūt ut. ℞. seminis iunipi. ʒ. ij. ß. gariofiloꝝ. macis nucis muscate. zīziberis. zedoarie. aā. ʒ. ij. utriusqꝫ aristologie radicū gētiane. tormētille. radicū diptami. tunici herbe radicū enule. campane ana. ʒ. ij. saluie rute. balsamite. mente polipe menō ꝛ ē pulegiū ceruinū qꝫ est diptam⁹ ut ponit Diascorides in. c. de diptamo ꝛ Simō ianuēsis ꝛ etiā Aristotiles septimo de histo rya animaliū. c. tertio ubi dicit ꝙ ceruus cō ferro vulnerat⁹ statim q̄rit pullegiū ceruinū ꝛ in eo se inuoluit ꝛ īdillate egredit̄ ferrū tale pullegiū ut supra dictū fuit ē diptamus ēt magis ꝯuenit in pestilētia ꝙ̄ pullegiū uel celidoni pone ergo qꝫ uis de his ergo accipe aā. ʒ. i. baccaꝝ lauri doronici romani. seminis acetose seminum citri cinamomi. macis ol ibāi boli armēi terre sigillate. spody ossis. de corde cerui. rasure eboris margaritarum fragmētoꝝ saphiri. smaraldi. coralli rubei. ligni aloes sandaloꝝ rubeorū ꝛ muscatellini. aā. ℥. ß. cōserue rosaꝝ buglose nenufaris tiriace fine. aā. ℥. i. pāis. zuc. libras tres. fac electuariū cū aqua scabiose ꝛ rosaꝝ cū modico camphore. h⁹ eiꝫ electuario qs uti pōt ut p̄ceden tib⁹ ꝙ ꝛ si uirtuosuꝫ existat ut ex ꝯponētib⁹ elicitur magis tamē fieri ī ꝯparatōe ad ꝓpositū faciūt suprascripta ut pꝫ diligēter ꝯsideranti uirtuosa existūt oīa suprascripta sed in infinitū uirtuosior ē que sequit̄ aqua. Tanta est eiꝫ inter corꝫ ꝛ ipaꝫ ꝯuenietia ut in nō pceptibili quasi tēpore attrahat̄ ab ipso attracta qꝫ mutat̄ in breui ꝛ in spumosaꝫ substātiam cōuersa nō solū a cōplexionali uirtute uerū etiā a tota forma oī pestilētiali ueneō resistit ac ipꝫ perimit īdilate. Et ideo tāta est ei⁹ excellēs uirtus qꝫ ei⁹ usus hominē nō solū preseruat a peste. imo ab ipsa deprehēsuꝫ celeriter liberat cui⁹ hec ē ꝑmixtō. ℞. radicū tormētille uiridiū si haberi possunt librā unam radicū herbe tunici ꝛ diptami. aā. librā. ß. radicū enule cāpane. ℥. iiij. acetose cū seminib⁹

si haberi possunt libras duas uel acetose libram unaꝫ. ꝛ. ℥. viij. ꝛ seminis eius. ℥. iiij. buglose ꝛ boraginis cum eoꝝ floribus rosaruꝫ rubearum siluestrium ana librams unam pimpinelle scabiose. ana. libram mediam succi limonum libram unā. tiriace fine libram mediam aq̄ ardentis facte cū uino optimo ꝛ plurics reiterate. ℥. duas terre sigillate boli armeni. ana. ℥. ij. sandaloꝝum alboꝝuꝫ ꝛ rubeoꝝ spody been albi ꝛ rubei margaritarum splendidarū. ana. ℥. i. mediam. ossis de corꝫ cerui. ℥. i. rasure eboris. ℥. mediam croci. ʒ. iij. camphore. ʒ. ij. foliorum auri. ℥. mediam fac sic aquam primo accipe folia auri ꝛ ea ꝯtardōe uel forfice diuide in frustra minuta quātum poteris uel ipsum super porphiro cum melle diu ducas quia in puluerem non tactu perceptibilem cum rediges postea pone ea ī aq̄ ardenti bene obturando ampulā ne respiret ꝛ sic dimitte per dies quindecim. deinde accipe margaritas subtilissime tritas ꝛ ipas pone in alia ampula cum succo limonum q̄ bene obturetur. ꝛ dimittat̄ per tantūdem tēporis postea cum optimo uino radices lauent̄ bene sic quod a terra existant bene munde demuꝫ in umbra a uino desiccate in mortario cōquassentur ꝛ similiter herbe flores ꝛ rose cum semine. Quo facto omnia ista ī uase quodam terreo uitrato ponant̄ in quo postea pone tiriacam cum illis puluerib⁹ ꝛ alys reb⁹. Deinde isimul pone illam aquam ardentem cū illis folys auri ac etiam succum limonum cum margaritis taliter uas sigillando ꝙ nequeat exspirare. postea facies foueā in t̄ra in loco hūido ad ꝓfunditatē triū pedū ꝛ solarium dimidij pedis ex uiua calce in fundo fouee cōstituas deinde illud uas ī medio collo ca cū fimo equino seu uinacys circūdando ꝛ cooperiēdo sup qꝫ unā ul' duas sit. as aq̄ postea ifūdas ꝛ sic sepl'tū postea p dies. xl. naturales dimitte oīb⁹ trib⁹ l' q̄tuor dieb⁹ fimū ul' uinacias renouādo qb⁹ ꝯpletis extrahe ꝛ totā materiā illā accipe ꝛ pōe ī uesica uitrea ꝛ desup alambicū tal'r sigillādo ne respiret ꝛ cū igne molliū lignoꝝ lēto sine fumo aq̄ extrahe ꝛ ī āpulla taliter ad rostrum alambici liga ne respiret. Extractam uero aquam iteꝝ pice sup feces ꝛ ut post iteꝝ distilletur. Tertio uero ponat̄ in lābico sine fecibus. et iteꝝ in balneo marie de nouo distillet̄. demū ī ampulla bñ clausa usui reseruetur. De qua accipe coclear vnum bene parum per se. uel

cum alia cōfectione uel puluere predicta. hec nanqz aqua spiritus multiplicat ipsos clarificat membra cōfortat pricipalia. ipsaqz disponit. ut impressionē cuiuscūqz pestez inducere potētis nequaquā recipiat. et iaz facte pestis mirabiliter impressiōi opitulatur. Dum eniz res ille sepulte permanebāt i eis quedā ē facta fermentatio. Demū per distillationē in eis noua introducta ē forma. per quam non ratione quatuor qualitatū. sed quia tale ut auctor nostrorum modū loquendi insequar cuilibet pestem iducere potenti opponitur corruptiue. Modus nāqz hui⁹ opponit fermētatiōis quodāmodo elici potest a Mesue in de cōsolatiōe medicinarū. capitulo de modis coctionum. illo paragrafo. Et quomodo miscentur et cetera. Sublimatiōis quoqz modos siqs subtiliter inspexerit parabolice tetigerit Aristotiles de secretis secretorū ad Alexādrum capitulo de lapidibus preciosis illo pagrafo. Separa terram ex igne. quia subtili⁹ dignius est grosso. potest enim ex calore ignis temperato sic vna res a suo terreo et ab alys qualitatibus calori naturali i digerēdo resistētib⁹ denudari. ut sumpta in nō perceptibili tēpore ab ipo calore naturali deducat ad actū. quod haic mixtiōi i distillādo acquirit infallanter. Nota hic vnū qꝫ si quis poneret tres huiusmodi aque partes. & vnā auri potabilis sine comparatiōe foret uirtuosior. Et licet de auro potabili mihi uideat absurdū. ut ex dictis Auicene & Alberti magni in suis de mineralibus elici potest. cum aurū sit materia ita perfecte digesta sine quasi cōtrario admixta qꝫ potentia ignis sine alio adiutorio nihil uel bene parū alterat. Habui tamē a duob⁹ alchimistis fidedignis qꝫ ipm indubie facere sciūt sine salis aromaniaci seu alteri⁹ corrosiui sine uenenosi admixtione. immo qꝫ cum quinta essentia aque uitis ipsum sicut cerā fluere faciunt. qđ si fieri potest cū hac aqua ut supra dictuz est aur iungendū. potabile nihil dici supra potest. Tiriaca quoqz magna ex omniū auctore testimonio a preseruādo a peste etiaz mirabiliter operat. & sufficit si semel aut bis sumatur in ebdomada. que ē in tēpore calido cum aqua acetose. endiuie. rosarū uel buglose sumenda. et in omni sumi potest etate. cui⁹ dosis sit a ʒ. uno usqz ad. ʒ. i. ß. ƀm etates. cōplexiones et cetera. Post cuius assumptionē p horas q̄tuor admin⁹ debet assumēs pmanere ieiun⁹. Et ideo allegato capitl'o sepe dicebat Auerois qꝫ post tiriace assumptionem comedere nemo debet. nisi prius in omnibus membris digestione celebrata. qua de re nōnullos praticos ualētes uidi super hunc credo textum se fundasse. qui post tiriace assumptionem per sex horarum spacium prohibēt comestionem. quod facias si libet. Et hec de cōfectionib⁹. pulueribus & aquis pestis bezearicis interi⁹ approximādis dicta sufficiāt.

Ca^m q̄rtū ð his q̄ sūt ab extra approximāda.

¶Uel facias sic. ℞. allij. lb. i. ß. calamētu fluuia
lis. ℳ. ij. pistētur simul. qb⁹ adde succi por
ri vncias. ij. fellis taurini vnciaꝫ. i. ß. sulfuris
ʒ. ij. ß. castorei. ʒ. i. et fiat emplastrum. Uel faci
as sic. ℞. castorei serapini. ase. sulfuris. fimi.
colūbini. mētastri. pullegij ceruini omniū par
tes equales. picis et olei ueteris quātum ad
eoꝝ cōmixtionē sufficere possit. et agitetꝛ tm̄ i
mortario ꝙ eiuꝫ ꝺbita fiat vnio. ⁊ fiat empl'ꝫ
¶Uel facias sic. ℞. calcis quantitatem quam
uolueris. eam confice cum melle et oleo. et
fac emplastrum. ¶Uel facias sic ¶Recipe cal
cis lib. i. sinapis lib. ß. incorporent eam aceto
⁊ fiat empl'm. Uel facias sic. ℞. alkitraꝫ lib. i.

pulueriza.⁊ ꝯfice cuꝫ aqua saponis. et facem plastrum. Uel facias sic.⁊ ē mirabile i isto casu. Liqfac picē.⁊ in ea feruēti intinge lanam.⁊ ita calidā loco suppone. Uel facias emplām ex cācris tritis uel ex alio solo. uel ex alio cum butiro cocto. Uel ex castoreo cū oleo mixto uel ex sulfure cū urina mixto. uel cū calamēto fluuiali solo. uel cū radice ꝯsolide maioris iter duos lapides ꝯtrita. uel cuꝫ scabiosa seu cauda equa uel t'ssobarbasso. hec.n. mirabil'r ualēt i antrace ⁊ carbūculo. Sꝫ cū utrobiqꝫ materia existat uenenosa. debēt ēt in isto cāu ualere. Ad idē ualet locum ꝯfricare cū sale solo aut nitro solo. aut cum sale ⁊ aceto. aut cuꝫ sale ⁊ oleo sil' coctis. aut cū cinere uitis ul' fici ⁊ aceto. aut cum felle tauri. aut cum aq̄ maris calida sola. uel cū aceto mixta. aut cū aqua decoctiōis muris hītātis i domo. aut aqua decoctionis mustelle. Et qꝛ aīalia uenenosa psepe aculeos seu dētes dimittunt i locis morsis. ē loc⁹ tūc cum cinere oleo permixto fricādus. His igit̄ generalib⁹ remedijs adipletis si loc⁹ icipit denigrari. signū ē ꝙ punctura. morsura. seu vuln⁹ fuit aīalis seu alteri⁹ rei pniciosissime. Quare si mēbrum aptū fuerit abscisioni. statim abscīdat̄.⁊ si nō sine mora cauterizet̄. Et hec ē cura generalis pūcture seu morsure oīuꝫ aīalium uenenosoꝝ. ac ēt vulneꝝ cum re infecta ueneno factoꝝ. quare ⁊c.

Ultimū cap'lꝫ curā ponit a cane seu a quouis alio aīali rabido morsi. Rubrica.

Cum qs a cane rabido morsus fuerit. si vuln⁹ pfundet̄. fit i pncipio dolorosum. Et sic paucos ifra dies ul' horas ei accidētia supueniunt ifrascripta. Si vō supficiale fuerit dūmō solum mēbrana rūpat̄.⁊ si pnunc aliū dolorē nō senserit. i pcessu tñ accidētia icurrēt infrascripta. qꝛ sine cā timet pl⁹ solito uigilat. hoīuꝫ refugit ꝯuersationē. et solus eē appetit. Cuꝫ aūt magis ꝯfirmat̄. fit ei⁹ uox rauca. aquāqꝫ et oēs aborret hūiditates Cūqꝫ malicia rabiei i eo ꝯfirmata ē cognosces qꝛ ab aquis q̄uisnō approximata terret̄. Nam ex uehemēti ⁊ cōtinua canum imaginatiōe canes i ea eē imaginat̄ sepe. ac ēt ut canis latrat Et i humiditatib⁹ aquas emittit. hoc ē i spermate p pollutionē emisso in urina aut in suis flegmaticis egesti iōib⁹ nōnūq̄ frustula uelut canes existunt. qđ est qꝛ fortis imagiatio quā cōtinue de cane hꝫ i istas humiditates canuꝫ figurā sigillet. Et quo ad pnostica signa cū ex aqua terret̄. istisqꝫ i superfluitatibus canū insignia discernunt̄. spes nulla salutis existit. Uerū taliū accidētium pspe usqꝫ ad.xl.diē tardat euēt⁹.⁊ qnqꝫ usqꝫ ad.vi.menses.⁊ nōnūq̄ usqꝫ ad annū. ut nōnulli referunt. Alij vō dicūt usqꝫ ad annū septimū. ⁊ ego hūi a fidedigno p⁹.xviij.annū cuidā a cane rabido morso accidētia supuenerint suprascripta. et hoc fuerat qꝛ sub umbra sorbe trāsierat.⁊ infra tertium rabid⁹ mort⁹ ē. O bone de⁹ quot ṽtutes a tota substātia puenientes i reb⁹ sigillasti q̄ adhuc nobis existūt incognite. Taleꝫ igit vmbraꝫ a cane seu quouis alio aīali morsi fugiāt. multa.n.aīalia ut canis rabiē incurrūt. sicut ē hō. lupus. mustella. vulpes. simia. equus. mulus ⁊ asin⁹.⁊ talis rabies i eis puenit aut a frigore itēso sanguine i eis ꝯgelāte. aut a nimio calore humores cōburente.⁊ sic pp ista istoꝝ alterat̄ cōplexio.⁊ fiūt melācolici successiue vō rabidi. Pnt ⁊ cuꝫ hoc alia ex cā fieri rabidi. ut puta ex cibo corrupto ⁊ i facto. uel ex potu. uel qꝛ sunt ab alio aīali rabido morsa. Et ēt pōt dispositio talis ꝯtrahi a generatiōe ut accidit i leprosos. Uex sigs a mulo asino ul' alio aīali rabido q̄ a cane morsus fuerit.⁊ hidrofobic⁹ fiat. qꝛ ex aqua seu alijs hūiditatib⁹ terreat canū effigiē i talib⁹ hūiditatib⁹ fore nō pēsabit. sꝫ poti⁹ illi⁹ aīalis a q̄ morsus ē Et idē fiet i hūiditatib⁹ q̄s emittit de frust ul' ills silitudinē canuꝫ hñtib⁹ que poti⁹ animali ꝙ momordit assimulabunt. Cognoscit̄ auteꝫ canis rabid⁹ a nō rabido qꝛ famens nō māducat. sol⁹ libēter morat̄. dominū suuꝫ nō cognoscit. ei⁹ rubēt oculi ⁊ terribil' fit aspect⁹. Cū qꝫ i eo rabies cōfirmata ē cuꝫ capite dimisso perābulās linguā foris tenet. aurēsqꝫ mollificate pēdent. ⁊ ab ore eius saliua spumosa manat. rauceqꝫ latrat. ⁊ oēs cui obuiat reꝫ īuadit Et hec signa solū a cane rabido ueniūt. Rabidū quoqꝫ canē ex pte ifirmi cognosces. Naꝫ si cū bucella panis loc⁹ mors⁹ confricet̄ caniqꝫ nō rabido pyciat. et eaꝫ refugiat mordēs canis rabid⁹ erat.⁊ si eam māducavit nō ⁊ si galline pyciat̄ ⁊ eaꝫ māducavit. ⁊ nō moriatur ifra diē naturalē talis cais rabid⁹ nō erat

De cura Rica.

His igitur uisis ad curaꝫ deueniens quib⁹ poteris modis uenenū extrahere pcura cū uetosis. s. culo galli eplastris. alijsqꝫ in cap'lo precedēti descriptis statimqꝫ ipsoꝝ bezear pbe. qđ ē puluis cācroꝝ fluuialiū adustoꝝ. ʒ.ij. cū aq̄ i potu exhibere. qui puluis fm doctrinam Serapionis in suo de simplicibus sic fit. Accipe

cācros sole exñte i leone. ⁊ q̄ luna decē et oc
to dies iā transierit. et eos uiuos pone i olla
ex ere rubeo quos tm̄ cōburc q̄ ide cinis fie
ri posset. et ex eo ut dictū ē utere. Deide loc⁹
ꝓfunde cauterizet. et h̄ aň tertiā. Die autem
trāsacto tertio cauteriū dimittat sed sup vul
nus ēplastrū ex allio ⁊ butiro ul' cepe ⁊ buti
ro ponatur. Uel facias sic et est secretū Ga
lieni q̄ i suorū libro secretorū adiueni. Dicit
eiꝫ q̄ q̄ b⁹ puluere cuꝫ ifrascripto medicamie
p dies. xl. usus fuerit ab ōi rabiosa morsura
liberabit. Puluis sic fit. ℞. cineris cācroꝝ flu
uialiū ptes. x. gētiāne ptes. iij. ⁊ i alio ptes. v.
thuris ptem. i. fiat puluis de q̄ bibat ōi mane
stomaco uacuo. ʒ. iij. admin⁹ cum aqua lipida
p dies ꝯtinuando. xl. Et huic medicamini ma
gna ē fides adhibēda cū cācri q̄ sunt basis i h̄
puluere ꝑfati ueneni bezear existāt ut dictuꝫ
ē. Dicatq̄ꝫ Gal' auctoritate Aseniy medici anti
qssimi puluere ipo cū ēplastro ifrascripto nul
lum vnq̄ꝫ fuisse uisuꝫ q̄ nō euaserit. et melius
erit si cācroꝝ puluerē ꝯfeceris sole exñte i le
one ⁊c. ut stati dictū ē. Empl'm sic fit. ℞. ace
ti fortissimi. lb. i. ß. opoponaci. ʒ. iij. picis albe
lib. ß. buliāt adinuicē dōec icorpata sint. sic ut
infrigidati extendi possint uelut empl'm sup
aluta. et de tali empl'o sup morsuram appone.
Ex ꝯferētib⁹ vō sunt si aň. xl. diem i aqua ma
ris iterdū balneat ifirm⁹. In aliys vō ōibus
melācolici regimie gubernet. ⁊ ista cura curā
di sunt a cane rabido morsi ⁊ ēt a q̄cunq̄ꝫ alio
aiali rabioso. Uex q̄z ut dictū ē p ānum et ul
tra tale uenenū latere solet. Consulo ut regie
suprascripto p. xl. dies obſuato ad maiorem
cautelā p annū vnum postea admin⁹ tale regi
mē morsus obſuet. pmo i sex reb⁹ nō natura
lib⁹ regimē obſuet melācolici. Deide q̄tū ad
medicinalia sex saltē uicibus i āno tali purga
tione purget. ut. ℞. succi fumiterre. lb. iij. suc
ci lupulloꝝ lib. i. succi pomoꝝ r̄dolētiū. lb. ß.
oīuꝫ istoꝝ ōbita feā r̄sidētia cū. lb. iij. zuchari
tabaꝫ ⁊ fiat syrup⁹ addēdo aceti. ʒ. iiij. De ta
li aūt syrupo ōbite cocto accipe. ʒ. iij. aque fu
miterre. aq̄ lupulloꝝ. aq̄ buglosse aň. ʒ. ij. mi
sce p duab⁹ uicib⁹. Sūmpto q̄ter sirupo po
tionē recipiat ifrascriptaꝫ. ut. ℞. cassie fistu
pīguis. ʒ. i. ꝯfectiōis hamec. ʒ. ij. ß. dissoluanē
cū decoctiōe cōi. qbus dissolutis addat. ʒ. i. si
rupi suprascripti ⁊ fiat pot⁹. Uel accipe. ʒ. iij
ß. ꝯfectionis hamech. ⁊ dissolue cū aq̄ lactis
capraꝝ. ⁊ i potu tribue. uel cū zucharo boluꝫ
ꝯficias. q̄ deaurat⁹ loco potiōis det. In seq̄n
ti vō die tiriacā exhibe. Fcā purgatiōe fiat ta
lis stuffa trib⁹ dieb⁹ ꝯtinuis stomaco uacuo
℞. fumiterre. M. iiij. lapacij acuti scabiose.
boraginis buglosse. meliloti. epithimi aň. M
ij. ꝯquassenē. ⁊ buliāt i duab⁹ situlis aq̄ usq̄ꝫ
ad ꝯsumptionē tertie ptis. Deide ad ignē i ua
se coopto dū stuffat ꝯtinue teneantur. in q̄ sit
instr̄m pforatum p qd' ab ipso ꝯtinue in tinaꝫ
fum⁹ trāseat. ⁊ i tina illa ōbite coopta stuffet
A stuffa vō exeūti tiriaca cum uino decoctio
nis bacaꝝ lauri. gētiane uel diptami offerat. ⁊
i alia die cōpleta stuffa altera cephalicaꝝ apia
tur. ⁊ paꝝ sanguis extrahat. Plus tñ uel mi
nus s'z vtutis tenorem. cōplexionē. etatē ⁊c.
Aliys vō dieb⁹ puluere utat suprascripto. q
si nimis foret tediosus facias sic. ℞. pulueris
suprascripti. ʒ. i. zuchari albi. lib. i. dissoluat
zucharꝝ cum aq̄ buglosse. ⁊ fiat ꝯfectio i mor
sellis grossis satis. de qb⁹ vnū accipiat ōi ma
ne stomaco uacuo. Tali igit obſuato regie q
libet a casu i rabiē deo duce secur⁹ icedet. Et
hoc de cura canis seu alteri⁹ aialis rabiosi. q
huic. c. ac toti tractatui finē imponit. Naꝫ eo
diuino munere uētum ē q̄ ab initio ꝓposuerā
Qua de re si i hoc tractatu sit aliqd vitati dis
sonū. qd me aduertente nihil ē mee cōpatiēdū
ignorātie ē nō arrogātie iputādum. Naꝫ illu
strissimi dñi. dñi mei Philippi marie angli.
mediolani ducis ⁊ amor meiq̄ꝫ igenioli exer
citatio ad hanc ipꝫ ꝯficiendū tractatū iduxit
Uñ uos isignes artium ⁊ medicine doctores
magister Luchine de beloculis. ⁊ Joānes frā
cisce de balbis mei dilectissimi pceptores q
ꝑfati dñi gubernatōis pncipal'r on⁹ gerētis ipꝫ
beniuola mēte suscipite. Et si pte i aliq̄ pl⁹ āt
min⁹ q̄ꝫ oporteat a vitatis tramite ōuiatū sit
illud i meli⁹ emēdetis ac omissa supplenetes
supfluuꝫ caritatiue refectis ut q̄ dieb⁹ nocti
busq̄ꝫ i plurib⁹ magno nō sine labore sū adi
plet conat⁹ uestris iutū suffragiys i lucē ōdu
ci ac i ipsa uale fac diutissie pmanere. Ualeāt
q̄ꝫ q̄ rapacissima peste imitissimoq̄ꝫ ueneo de
phendi dubitāt se ab his sine lesiōe custodiř.
captiq̄ꝫ cōgruā ac appropriataꝫ curā adhibe
re. Ad illi⁹ laudeꝫ q̄ celū terrāq̄ꝫ regit in secu
la seculorum amen.

Explicit secūda pars pncipalis hui⁹ tractat⁹
q̄ ē ō ueneis ad illustrissimū pncipē dñꝫ dñꝫ
Philippū mariā angluꝫ mediolāi duceꝫ ⁊ pa
pie anglericq̄ꝫ comitē Editū p Antonium de
guaineriys de Papia artiū et medicine docto
reꝫ eximium.

¶ Tractat⁹ de febrib⁹ editus p magistruȝ Antoniū Guaynerium artiū ac medicine docto reȝ egregium papiēsem feliciter incipit.

Qui amoris gratia mi Antoni magliane ad hunc deueni locuȝ cum quo ad nos i libero ac dulci aere uiuere solitos delectatiōe priuatuȝ ꝓpter quod adeo plurū mihi uidet̄ temp⁹ ut iā cani ꝗplures ĩfra paucos dies mihi exorti sūt. Quia ꝓpter tēpus aliquomō fallere decreui. ut ea q̄ ab auctorib⁹ nostris de febrib⁹ dicta sunt sūmarie ptractando. ut diffuse et dispar sim tradita ĩ hoc sūmario succicte satis. et ordine quodā qs inspicere possis. Tu igitur hominū deorūq; parēs terrarū celiq; sator huic ꝑncipio benign⁹ adsis. mihiq; gratiam impartiri digneris. ut qꝫ debiliter incepi. gratia tua iut⁹ finire felicit̄ ualeā. ꝛ pfecte. qui uiuis et regnas trinus et unus. Amē. Hoc itaque mi frater sūmarium accipe ꝛ plege q̄cunq; ē diminutū supple et supfluum lima. sicq; temp⁹ ambob⁹ inaniter nō trāsibit. Sȝ ut facili⁹ qđ queris inuenias summarium hoc de febrib⁹ in tres diuidā ptes siue drias. ¶ Prima ps siue dr̄ia de febribus erit. Secūda de humoribus. Tertia de inexistētibus mēbris. Prima ps siue dr̄ia vnū ꝯtinet capl'm de febribus effimeris. ¶ Secūda ps siue dr̄ia quinq; ꝯtinet tractat⁹. Prim⁹ narrat febres sāguineas. Secūd⁹ colericas. ¶ Terti⁹ flegmaticas. ¶ Quartus melācolicas. ¶ Quint⁹ cōpositas in se pestilētialem febrem inducēdo seu iserendo.

¶ Prim⁹ tractat⁹ duo ꝯtinet capl'a.

¶ Primum de sinocha inflatiua.

¶ Secūdum capl'm de sinocho putredinali.

¶ Secūdus tractat⁹ octo ꝯtinet capl'a.

¶ Primū capl'm tertianā puram iterpellataȝ notificat. ei⁹ curam ponens.

¶ Secūdū tertiāe nō pure pōit significatiōes

¶ Tertium tertiane nō pure ex colera adusta ꝓueniētis curaȝ ponit.

¶ Quartum tertiane non pure causate a colera p admixtionem melācolic prouenietis ab extra.

¶ Quintuȝ erit de cura tertiane a colera citrina prouenientis.

¶ Sextum de cura tertiane prouenietis a colera uitellina.

¶ Septimum curam et signa ponit tertiane continue.

¶ Octauum ꝛ ultimū capitulū signa ac curā ponit causonidis.

¶ Tertia pars siue terti⁹ tractatus septem cōtinet capitula.

¶ Primum febrium flegmaticarum significationes ponit.

¶ Secūdum fe. flegmatice interpollate a flegmate dulci insipido et aquoso seu aeri prouenientis curaȝ docet.

¶ Tertium fe. prouenientis a flegmate pōtico mucillaginoso crudo ac uitreo curā ponit.

¶ Quartum erit de cura febrium prouenientium a flegmate melācolic permixto.

¶ Quintū de cura febris prouenientis a flegmate cum colera permixto.

¶ Sextum de cura ēpiale ac lipparie ꝛ fe. in qua in iteriorib⁹ ꝛ exteriorib⁹ caliditas sil' sentit̄ ꝛ fe. diurne ꝛ nocturne.

¶ Septimum uero ꝛ ultimū capl'm quotidiane cōtinue curam ponit.

¶ Quart⁹ tractatus sex ꝯtinet capitula.

¶ Primū feb. melancolicarum signa denūciat

¶ Secundū erit de cura quartane a melācolia fecali prouenientis.

¶ Tertium de cura quartane colerice.

¶ Quartuȝ de cura quartane sanguinee.

¶ Quintū de cura flegmatice quartane.

¶ Sextum de cura quartane cōtinue.

¶ Quint⁹ tractatus sex ꝯtinet capl'a.

¶ Primū quid per duplicem ꝛ per triplicem tertianam quotidianam uel quartanā. Et qđ per duas tertianas uel duas febres. ꝛ tādem quid per febrem cōpositā itelligere debem⁹ declarat.

¶ Secūdum citriteoꝝ ponit significationes.

¶ Tertiū curā emitritei maioꝝ. ponit.

¶ Quartū emitritei nōdū baptisati curā pōit.

¶ Quintū curā minoris ꝛ medij pōit.

¶ Sextū signa ꝛ curā feb. pōit pestilentialis.

¶ Tertia ps siue dr̄ia tria ꝯtinet capl'a.

¶ Primū i se signa ꝛ cās feb. ethice ꝯtinet.


¶ Secūdū talis febris curam ponit.

Tertium ꝛ ultimū ethicā notificat senectut̄. cās signa ꝛ ipi⁹ curā ponēdo. q̄ pfecto sūmariū h̄ finē recipiet. ad quē me puenire pmittat q̄ ē nat⁹ de Maria vgine sine ꝟc. Amen.

¶ Finitū ac cōpletum ē registrum tractat⁹ de febrib⁹ editi per magr̄m Antonium Guaineriuȝ. artiuȝ ac medicine doctorē famosissimū.

¶ Laus deo.

¶ Prima pars siue dr̄ia in se vnum cōtinet capitulum de febrib⁹ effimeris.



Um mee sit intētō nis hoc in sūmario feb. negociū una cū pricipe abolai per tractare. Dico q fe bris est calor extra ne9 accēsus i corde ⁊ ab eo pcedēs me diātib9 spiritu ⁊ sāguine p arťias ⁊ uenas in totū corp9 ⁊ ē sēsibilit̄ nocēs opatiōib9 natu ralibus Talis eni calor extrane9 quādoqʒ est in spiritib9 quādoqʒ in humoribus ⁊ quā doque existit in membris Ex pmo fe. causa tur effimera Ex scđo humoralis. Ex tertio ethica Et sic patet qualiter sps est subiectū fe. effimere de qua pricipalit̄ est pertractādū

¶ Ad cui9 euidētiā nota q spūs generatur ex subtiliori pte sāguīs ⁊ ē corp9 uaporosū. i. subtile qđ fuit necessariū. ut eēt facilit̄ per corpus mobile aptū scđʒ aīe exigētiā in suis opatiōib9 de pte ad ptē trāsmitti. ¶ Et cōiter sic describit̄. Sps ē corp9 aereū huidū i suis opatōib9 organū aīe existēs. ¶ Et diuidit̄ in spm aīalē. s. naturalē. ⁊ uitalē. ¶ Uitalis gnā tur i corde. Aīalis i cerebro. Et naturalis in epate hoc mō q2 a corde ad cerebrū uitalis trāsmittit̄ sps q pparat9 p rethe mirabile ibi modificat̄ ⁊ quādā recipit tēperiē p q̄ opa tiōib9 aīalib9 debitū fit instrumētū. Et simi liter a corde ad ep uitalis spūs transmittit̄ q ab ipo epate talit̄ modificat̄ q p opatōibus naturalib9 debitū fit īstrumetū. Et q2 tale i epate recipit tēpamētū spiritū naturalē i epa te dicim9 generari ⁊ ita đ aīali i cerebro di cim9. Hi eni tres spūs uitalis. s. naturalis ⁊ aīalis. ab istis trib9 mēbris ad oīa alia mēbra trāsmittūtur. Uitalis nāqʒ ut ipa uiuificet ⁊ eis uitā tribuat. ¶ Aīalis ut eis sensuʒ atqʒ motū tribuat ⁊ naturalis ut illis uirtutes p beat naturales. ⁊ q̄ sunt appetitiua attracti ua retētiua digestiua expulsiua. Et qlibʒ isto rū ab aliq cā pmitiua pōt īflamari. sicut uer bi grā ex uehemēti ira furore ul' cōsili uital' spūs sepe supicēdit̄ ⁊ tēpamētū egredit̄ pp qđ opatōes sēsibil'2 ledūt̄ ⁊ isto mō fe. causat̄ effimera ⁊ spirituū uitaliū distēperātia pnci pal'2 pueniēs. Cōsil'2 ex feruore sol' ul' cōsil'i spūs naturalis pōt pternatural'2 calefieri pp qđ sequit̄ effimera. Et q̄uis illa pternatural' calefactio cordi ac uitali spui cōicaret̄ prici pal'2 tñ ex spirituū aīaliū pueīt distēpātia.

¶ Et parit̄ cōtigit ex cibo ⁊ potu nimiis cali dis a quib9 naturales spūs nōnūq̄ pricipa liter calefiūt ad q̄ sup calefactōeʒ fe. sequit̄ effimera pricipal'2 ex spirituū naturaliuʒ di stēpantia pueniēs. ¶ Ex qb9 pʒ qual'2 febris effimera pcreari pōt tā ex aīaliū naturaliuʒ quā uitaliū spirituū distēpātia. que sic đscri bit̄. Effimera ē febris ex spirituū distēpantia pueniēs scđʒ fe. spaciū uni9 diei ñ excedens. Et iō dicitur effimera quasi uni9 diei feruor. ¶ Uñ effimera grece. latine dicit̄ unius diei opatio. Uel ut placuit qbusdā dicit̄ effime ra ab effimero aīali marino q una solū die uiuit. pōt tamē usqʒ ad. iij. ul' iiij. diē nōnūq̄ plongari ppter errorē. s. ul' pp opilatōeʒ qs si trāsierit in ethicā ul' putridā conuertetur. ¶ Nota q oīs effimera a cā pueit pmitiua. et q2 talis ml'tiplex eē pōt. ml'tiplicē contin git eē effimerā. unde pōt ab oib9 īfrascrip tis cāis puenire. ut sūt labor āgustia. uigilia. fastidiū ebrietas. ira bubo sol'o cōtinui i mē bro sēsibili fames spissitudo cutis. calor. et frigus ⁊ quāq̄ Aui. merito cāp multiplicē effimerā manifestat ad quālibʒ tñ istap si bñ īspexeris reducet̄. His uisis đinceps sig^a ponē da sūt. nā ei9 iceptio sine tremore existit ⁊ ho ripilatōe calor quoqʒ nō acut9 i ea neqʒ mor dicatiuus neqʒ pūgitiu9 sʒ ē mitis ⁊ suauis. In pulsu uero grādis ñ repit̄ distemperies Urina ñ multū a sua naturali dispositōe mu tat̄ preterq̄ i effimera a cibo ⁊ potu calidis pueniēte. In hac. n. urina aliqlis pōt eē tictu ra cū effimera icipit decliare exteri9 in cute sudor apparet ul' humectatio qđā. ¶ Ex his eni signis sup effimerā satis certe potis iudi care q si certior uolueris eē ab ifirmo nūqd fe. hec ab aliq cāp supraścriptap pcessit uel ad aliquā illap reducibili diligēter iquire. ¶ Ex his satis pʒ qd đ signis pnosticis sit di cendū. ¶ Nā cognita fe. ⁊ ifirmo đbite recto certissime potis pnosticari illā febrē unam diē naturalē nō ptrāsire que si ab errore uel aliqua cā quartā ptrāsierit ethicā i ipaʒ seu putridā iudica ptrāsiuisse. Quātū ad curaʒ đtute ɔstāte añ declinatōeʒ nihil penit9 dan dū ē q si ab ifirmo ad aliqd dādū tediatus fueris. uerbi grā sicut ē succ9 granatop exhi beas ul' aquā ordei. aut ʒuccari ul' aliqd cōsi mile ⁊ si grossius. exhibe manuschristi cum perlis uel sine aut ʒuccarum rosatū ul' con simile. In declinatione aūt da micā panis ab lutā in aqua frida deide in aqua ʒuccari isu sam uel da lac amigdolap cuʒ aqua ordei ex

tractū ul' aliquid tale. Antiqui aūt qd nos n̄ habem⁹ in usu eos ī declinatōe balneabant. ī aq̄ dulci. ꝛ postea oleo uiola. eos ungi facie bant. deinde ipsos cibis facil' digestionis ciba bant ꝛ h̄ facias si libꝫ. Et q2 pp breuitatē sue affuctōis pauci has febres patiētes se nobis offerūt anim⁹ meus ad alias magis ptractā das fe. dirigit̄ ꝓp̄ qd speciales curas omit tā. Alui aūt ꝛ multi alij signa ꝛ cās cuiuslibꝫ effimere appropriatas rescripserūt ꝓpriasq3 curas posuerunt ad quas si necesse fuerit re cursuꝫ habeas. ꝛ h̄ de effimeris.

¶ Sequitur differentia secunda. Capitulum primū de sinocha iflatiua.

Secundū pmissuꝫ ordinē ē ad san guineas fe. ꝑncipal'r transcundū. Pro q̄ sciendum primo ꝙ san guis ē humor pm⁹ q a naturali sua dispositōe nō mutat⁹ ē ī ꝯplexiōe calid⁹ ꝛ humid⁹ ī colore rube⁹ ī odore suauis ī sa pore dulcis p tēpatā decoctōeꝫ ex scda dige stione ꝓduct⁹. ¶ Scdo ē sciendū qd sāguis pōt dupliciṫ peccar̄ ī quāto scꝫ ꝛ ī quali. In quāto quidē cū uene sūt adeo replete natu rali sanguine. ꝙ trāspiratio dbita ꝓhibet̄ tū in ucis ꝛ maxie ꝓpiquis cordi quedā non nūq̄ fit coartatio p quā debita transpiratio ꝓhibet̄ ꝓpter ꝙ sāguis ebulit. ꝛ iflamat̄. ꝛ febris īde generat̄. Sꝫ q2 uene iflantur ꝓpt̄ sanguīs ebulitōeꝫ. q̄ fit cū ipse circa cor īflāt̄ apparet īfirmo ꝙ iflet̄. ꝛ ꝓpter h̄ talis feb. a medicis cōiter appellat̄ sinocha iflatiua q̄ sic describi pōt Sinocha iflatiua ē fe. conti nua a naturali sanguie sua nimia quātitate in tra uenas coartato ꝓueniēs. ꝛ de hac tracta bit̄ ī p̄nti. In quali uero sanguinē mltiplicit̄ cōtingit peccare cui⁹ narratōeꝫ ad sequens seruo capitulū. ¶ Signa igit̄ hui⁹ inflatiue si nocha sunt q2 p⁹ ꝑcedit quedā grauitas atq3 mēbrorꝫ confractio. pigricia q̄dā lassitudo. ꝛ somn⁹ solito longior existit. In somno res quoq3 apparēt rubee. atq3 purpuree. ī tēpo rib⁹ aūt. ꝛ ī frōte grauitas quedā sentit̄ cū pruritu ī narib⁹ ac ī locis ī quib⁹ uētose so lent apponi. Cū uero fe. adest. ī capite existit dolor. ī facie rubedo. tēsio. ac pleitudo uēarꝫ. ac si balneū egrederet̄ madefactō. ꝛ ī hanelitu difficultas sic ut īfirmo uideat̄ ꝙ iflet̄. ꝛ in gustu dulcedo sentit̄ maifesta. ꝛ hec semp ul' ut plurimū sine horripilatōe īcipit. ꝛ sine tre more. ꝛ dixi ut plurimū q2 q̄libꝫ fe. cōtinua pōt īcipere cū rigore ꝛ extremitatū frigore. quāuis nō multū ītēsis ei⁹ cā eē pōt mlt'itu do materie. aut acuitas aut uētositas alias uencositas. In tali nāq3 urina grossa et ru bea semp existit. pl'sus uero fortis. ꝛ magn⁹. plen⁹. undosus. ꝛ mollis. Et hec fe. in uere accidit ꝛ in hyeme adolescētib⁹ ꝛ bonas hn̄ti bus habitudines. ꝛ qui carnes multas. ꝛ cō fectiones de melle consueuerunt comedere. uinoq3 multo. ac uinoso. quiete. ac delicijs ꝛ vniuersaliter regimine mltiplicatiuo sangui nis sē usui. Quātū ad ꝓnostica signa sciēdū qd h̄ fe. ut supra dicebat̄ fit a sanguine sie putredine inter uenas choartato cui si stati debita adhibeant̄ remedia sepissime in una die terminat̄. Et ob hoc nonnulli eam iter fe. effimerā numerarūt. sꝫ si stati ei n̄ succur ratur cum sanguis propter sui caliditatem ꝛ humiditatē in putredine faciliṫ ꝯuertitur. Preterea sepius ex ea periplomonia accidit seu pleuresis. s. si ad curam cito non accesse ris. ꝛ hoc est quia uapores ad caput ascendē tes propter obturationem pororum ad pe ctoris partes descēdūt. ¶ Ex his patet qd in talibus ꝓnosticandū sit. naꝫ si affueris in ꝑncipio et debita adhibueris remedia ipaꝫ citra quitā diem ad bonū t̄minaturā iudica bis. Si uero pmā ul' secundaꝫ diē ptrāsierit nec debita fuerint applicata remedia timen dum erit ne ī putridā cōuertatur ꝛ ne stati dictas inducat egritudines. ꝛ sic pꝫ quid ha beas ꝓnosticari. ¶ His igitur sic hītis ad cu ram ueniēdo sex rerꝫ n̄ naturaliū pmo. scdo medicialiū regimē ānotabo. Quantum ad pri^m ihabitet aerē ad fridū ꝛ siccū ꝺclinātē quā cū aq̄ rosa. sandal. ꝛ aceto pmixta pote ris. alterare ul' aqua rosa. ꝛ aceto ul' aqua liphi da et aceto de cibo comedat ptisanam ordei non collatā cuꝫ pauco zuchari uel succo arā tij uel agresta uel comedat micam panis in aqua frigida sepe lotam Et quia isto tēpore tam ultra mōtes quā citra montes cōit̄ ad dietā grossiorē tendūt more papiensium uti possunt pane cocto in brodio pulli alterato cū lactuca āt ēdiuia aut cucurbita. Et in pti b⁹ istis dares amidū seu amigdonē far āt or deū deplūatū ul' auenaꝫ. Itē dari potest lac amigdolarꝫ extractū cū aqua ordei aliqual'r ad ignē īspissatū ī quo pōt poni aliquid zu cari uel aliquod acetosuꝫ. uel emulsio semi nū cōiuꝫ frigidorꝫ. ul' da cucurbitas cū modi co agreste. Et si ad cōtusuꝫ deuenire necesse

sit fiat ex pullis puis alteratis ut supra. ꝛ fi at satis liquidũ ꝙ ẽt poteris alterare cũ suc co arãciȷ. ul' granati. ul' modico agreste. Et si sublimatũ pulli exhibere uolueris solũ pul pas pulloꝝ accipias abiciẽdo piguedinẽ qͣs subtilissime tere. deide aqua rosa. eas asper ge atqȝ cũ eis puluerẽ admisceas ĩfrascriptũ ut. ℞. sandaloꝝ oĩuȝ añ. ʒ. i. rosa. rubea. spo diȷ añ. ʒ. i. ß. margaritaꝝ coꝛaloꝝ fragmẽtoꝝ saphiri iaciti granati ꝛ rubini añ. ℈. i. fiat pl' uis ꝛ si adest magna flãma addẽ cãphoꝛe gra. iiij. hoc totũ ĩ uase repõe ĩ quo aliqͣt sint du cati. Quẽ si addideris succi limonis ul' citrã guli paꝝ bonũ eẽt. deĩde uas bñ obturetur ꝛ in cacabo aq̃ plẽo ut cõiꝰ fit ad decoqndũ ponat ĩ quo admin⁹ p hoꝛas. v buliat indesi nentꝰ. ꝛ si hoc ad alembicũ posueris. alẽbicuȝ ipsuȝ in marie balneo colloca. Si uero ĩ de clinatõe ĩfirm⁹ galatinã appeterȝ. fiat ex pul lo pno cũ carne edina ꝛ pedibus uituli bene coctis. ꝛ in ea paꝝ albi ponat aceti. Et ex her bis uti põt spinachijs. boꝛaginibus. lactuca acetosa. cucurbita. ꝛ ẽdiuia ꝛ cũ his uti põt agresta. succo limonũ. ul' cõsimili. si libuerit Quod si paꝝ lactuce una bulitõe bulite cuȝ modico aceti medie foꝛtitudis ĩ pꝛĩcipio mẽ se comederit. ñ malũ foꝛet. oẽs fruct⁹ uitãdi pter damascena. ex quib⁹ aliq̃ bñ matura le nitõis cã comedere põt. ꝛ nõnũꝗ̃ aliqua ama rilia p sitis ac caloꝛis extictiõe. ¶ De potu regulariꝰ opando uinũ nõ ↄpetit. sȝ aqua co cta cũ zucaro. ꝛ succo granati. ul' arãtij. l' ace tositate citri pmixta. ul' bibat aquã oꝛdei cũ zucaro rosa. Et si cogamur uinũ exhiberꝰ sit aquosum claꝝ aliqualiꝰ acidũ ꝛ lipheꝰ cum aqua dicta ul' cũ aqua decoctõis se. coiuȝ fri gidoꝝ ul' aq̃ boni fontis. De motu ꝛ quiete utẽdũ est atqȝ gaudio tẽpato ira ꝛ tristitia ꝛ similib⁹ oĩno bãnitis. ¶ De somno ꝛ uigilia sibi assuetũ somnũ ĩ quãtitate tribuc quia somn⁹ plix⁹ nimis humectaret. De ianitiõe ꝛ repletõe qd fiendũ sit statim patebit. Sex igiꝰ reꝝ nõ naturaliũ descripto regimine. ad medicinaliũ regimẽ cõdescẽdo. quare quam citius fieri põt facias flõiam ex brachiȷ ue na media. ¶ Si sanũ pectus habuerit. uti pla cuit ↄstãtino. Si uero ñ fiat. de basilica. ꝛ ħ usqȝ ad lippotomiã uirtute. etate. ↄplexiõe. ꝛ sic de alijs in flõmia attẽdẽdis consẽtienti b⁹. q̃ lippotomia ẽ defect⁹ aĩositatis. ꝛ diciꝰ n. a lipos ꝙ ẽ defect⁹. ꝛ tim⁹ aĩmus q̃si defe ctus animi ꝛ hoc ẽ ꝙ oẽs uolũt ãtiqui cum

flobotomiã iubẽt usqȝ ad sincopi fieri. Sin copi ĩ ppꝛie accipiẽdo. s. p lippotomia. Et ideo ypo. affor⁹ il. o. que egerũtur ꝛc. ĩquit ꝛ ubi opoꝛtet usqȝ ad defectõeȝ ducere ꝛc. ꝛ nõ dicit sincopi. Nã si Galie Aui. ꝛ aliȷ ac ceperũt sincopi. ppꝛie dictã put ab Aui. xi. ȝ. tractatu ij. ca. ↄscribiꝰ que est destructio maioris ptis plꝰimũ uirtutũ ꝛc. tũc ↄ eos ar gumẽtũ Aueroís. m. l' taret ꝙ ipe facit vij. col liget ca. de cura. sinoche sic arguẽs. ars imita tur naturã. sȝ ipsa nũꝗ̃ ĩ laudabili crisi usqȝ ad sincopi eua. uat. igiꝰ. cõsulo tñ et potius secũdationẽ facias quã ĩfirmũ usqȝ ad sin copi siue lippotomiã pducas. ꝛ ħ pma q̃rti fa cere iubet Aui. ca. ẽ cura fe. sanguis ptitio g dẽ ĩquit melioꝛ ẽ ĩ ea ꝛc. hec ẽ ĩ flõmia ꝛ ħ idẽ affirmat. c. de cura fe. putri. ĩ generali p affo. Et cõsiliũ quidẽ meũ in eo ẽ. nã licet ħ galie. fecerit ũt ipe fecisse attestaꝰ cõmento illiꝰ affo. que egerũtur ꝛ nono terapẽtice. ij. ca. ĩ quotatõe materia tãta ciꝰ ꝛ aliq̃rũ alio rũ fuit ꝛ adhuc existit auctoꝛitas ꝙ vnius moꝛs sibi ĩ laudẽ nobis aut ĩ maximũ uitupi uȝ redũdaret. Quẽ si etas ul' aliud flõiam im pediat sanguinẽ p uẽtosas ĩ spatulis ul' nati bus extrahe. ꝛ sũmo ope uirtutẽ ↄspice. qui dã. n. iperiti medici ĩ alijs ↄfici circũstãtijs uirtute nõ ↄsiderata pp flõiam egrũ usqȝ ad moꝛtẽ pduxerũt ut ĩ cõsimili caº bon⁹ ↄstãti nus hic tamẽ attẽde ꝙ si añ flõiam nõ fuerũt fecee naturalꝰ educte sunt artificialꝰ educen ẽ. ne pp uẽaꝝ inaitiõeȝ iste supfluitates ad ĩ tra traherẽtur. ¶ Facias ergo sic. ℞. malue blitis folioꝝ uiolaꝝ añ. M. i ß. fiat ẽcoctõ ẽ qua accipe lib. i. ß. ĩ qua dissoluaꝰ cassie pl'ue ris zucari añ. ʒ. i. olei uiolati. ʒ. iij. salis triti parum ꝛ fiat clistere. Et si clistere sumere ñ uellet. ꝛ egritudo ĩducias patiaꝰ sibi hãc pꝛe be potõeȝ ut. ℞. capilli ue. floꝝ buglosse bo ragi. uiola. añ. M. ß. pꝛũoꝝ nũero. viij. tama ridoꝝ. ʒ. ß. fiat decoctio de qua accipe. ℥. iiij. ß. ĩ qua dissolue mãne uel cassie. ʒ. x. sirupi uiolati. ʒ. i. ꝛ fiat pot⁹ ul' facias de duobus granatis cũ aqua dulci ut Auic. docet. Quẽ ℞. aq̃ zucari. ʒ. iij. succi granati dulcis. ʒ. ß. ꝛ fiat pot⁹. ul' facias sic. ℞. sirupi uiolati suc ci granati dulcis. ʒ. ß. aq̃ zucari. ʒ. ij. ß. ꝛ fiat potus bis fẽis regularius ad flõiam accedas qẽ si nec uẽtosas apponere potueris fluxuȝ sanguis nariuȝ. ul' emoroydaꝝ uel mẽstruoꝝ puoca Et si eo tũc cõtingeret naturã aliũdẽ sanguinẽ emittere ut a narib⁹ ul' emoroydi

bus ⁊ce. nisi supfflueret nullaten⁹ restrigatur. ¶ His peractis ad ulteriorem ueniēdum est infrigidationē q̄ per potū aque frigide conuenientissime fieri pōt. his tamen attētis cōditionib⁹. s. q̄ pectus ⁊ uiscera ⁊ pricipal'ia ifirmus sana habeat. sitq3 iuuenis carnos⁹. ⁊ in tpe calido. Et si his factis ɔstipat⁹ uēter fuerit. clistere fiat antescriptū. ul' aliquid de supascriptis potiōib⁹ exhibeat. Deide si mēbra sicut pl'imū ɔtigit ex uapoꝝ retētione cū aliquali remāserit iflāmatiōe aliq̄lis fienda erit poroꝝ apertio. q̄ mediāte quadam leui fricatōe fieri poterit icipiēdo. s. a. tibȳs coxis successiue a pectore ⁊ ab alȳs membris semp ad inferiora trahēdo. Item ad eādem intētiōe3 epithimata cordialia ⁊ epatica ɔueniunt frigida quoꝝ tal' dat̄ descriptio. Epithima cordiale. ℞. aq̄ rosa. lib. ß. aq̄ uiola. aq̄ buglos. an̄. ℥. iȳ. sandaloꝝ oīu3 coralloꝝ utriusq3 ros. spodȳ an̄. ʒ. i. oss. de corde cerui croci an̄. ℈. ß. cāphore gra. viȳ. aceti. ℥. ß. ⁊ fiat epithima cordiale cū pāno uel syndone de grana. ¶ Caueas tamē ne nimis actualiter ipsum frigidū cordi supponas. ¶ Epithima p epate. ℞. aque ēdiuie. lib. ß. aq̄ rosa. ℥. iȳ. aq̄ cucurbite aque lactuce an̄. ℥. i. ß. aceti fortissimi. ℥. i. sandalo. oīu3 an̄. ʒ. i. ß. spodȳ. ʒ. ß. fiat epithima p epate. Itē ad eandē itētōe3 cōuenit iulep. rosa. uiola. nenufa. ac ēt sirupus rosa. uiola. nenufarin⁹ ul' de papauere cu3 aq̄ endiuie uiola. floꝝ nenufaris rosa. lupuloꝝ. uel similiū. aut cu aqua zucari ul' facias sic. ℞. aque rosa. ℥. vi. aque uiolaꝝ aque acetose an̄. ℥. iiȳ. aque floꝝ nenufar. ℥. ȳ. uini granatorū. an̄. ℥. i. ß. sirupi de acetositate citri uel de ribes uel de limōib⁹ āt de succo acetose. ℥. iȳ. ß. zucari tabe r sath. ℥. ȳ. fiet iulep aromatizatū cū sandal. ru. uel muscatelinis. Ex cōfectionibus cōueniūt manuschristi cu3 perlis uel dyacorali. uel facias sic ℞. cōserue rosa. uiol. buglosse ⁊ boraginis an̄. ʒ. ȳ. manusxpi cū perlis fragmētoꝝ smaragdi saphiri, rubini, granati ⁊ iacincti an̄. ℈. ß. margaritaꝝ. ʒ. ß. pānoꝝ auri nūero. x. fiat mixtura ⁊ deauret̄. Itē fieri possunt unctōes circa renes ⁊ spinam ex ceroto seu ungueto albo galiēi uel facias sic. ℞. olei uiolati olei rosa. an̄. ℥. i. cere albe quātū sufficit ⁊ fiat unguētū q̄ diu in aqua rosata lauet̄ addēdo cū bn̄ lotū fuerit paꝝ aceti albi. ⁊ paꝝ cāphore si magna fuerit iflamatō. In declinatōe uero cum flāma fuerit extincta quasi laudat Aui. trocis. de campbora uel spodio quoꝝ descriptōe3 hētis a mesue. Et3 qm̄ isto tpe nō utimur troci scis. facias sic. ℞. troci. ō cāphora ⁊ l' spodio ʒ. iȳ. margaritaꝝ. ʒ. ß. fragmētoꝝ saphiri iacincti granati rubini ⁊ smaragdi an̄. ℈. ß. zucari albi lib. ß. dissoluat̄ zucarū cū aqua endiuie uel rosa. ⁊ fiat cōfectio in morsellis. ul' utere triasandal. descriptōe nicholai. Et h̄ de sinocha inflatiua ⁊ eius cura.

¶ Capitulū secundū de sinocho putrido.

In pcedenti ca. dictū fuit q̄ sanguis est humor qui a naturali dispositōe sua nō mutat⁹ ⁊ce. ⁊ talis ut dictū est nōnūq̄ sua peccat quātitate. ⁊ cū itra uenās coartet̄ inted ē ⁊ inflāmatur. ⁊ sinochā cāt inflatiua3 de qua satis dictū ē peccat ⁊ interdū sanguis sua q̄litate p quā putrefactionē recipit. ⁊ a sua naturali dispōe mutat̄ q̄ fieri ad intra q̄n3 cōtingit sine alteri⁹ extrinseci admixtiōe q2 si in nimia fuerit quātitate āt nō fuerit debite qualitatis cum natura regere nō ualet. ⁊ sic ebulit ⁊ quādā3 recipit putrefactōe3 p quas in eo extrane⁹ calor accēdit. ¶ Qn̄q3 uero in eo accidit putrefactio ab extra pter. s. hūoris admixtionē ut puta colere ⁊ tūc redditur debito subtilior āt flātis aquosi ⁊ sic aquosior debito aut flātis grossi ⁊ tūc est debito grossior. ⁊ h° innuebat Aui. ca. de fe. sanguis ⁊ hec diuersitas ipi⁹ sanguinis cognoscit̄ in spectione ipi⁹. Et fm̄ hanc diuersitatē sinoche putride ut stati apparebit cura recipit diuersitatē. Cum aūt talis sanguis intra uenas putrefiat fumi putridi ⁊ corrupti continue ad cor pueniētes fe. causant continuāq3 synocus putridus dicitur a sin. q̄ est sil' et noch⁹ labor quasi continu⁹ labor. ⁊ q2 si ex alȳs hūorib⁹ fe. cōtinue generētur pitus tn̄ medic⁹ quādā itcrpellatōe3 iter illas cōprehēdere poterit. quā i sinocho minie ɔprehēdet. q̄ si eger uersus idē aliqualiter minus male se habeat hoc non fit ratōe febris sed frigidi aeris cuius frigiditate ⁊ fe. aliqualit̄ mitigatur. ¶ Ex quibus patet quid per synochū putridum intelligere debeamus. ¶ Est enim. Synochus putridus et feb. continua a saguine putrido intra uenas contento prouenies cuius tres sunt species augmasticus homotenus paugmasticus in paugmastico continue maior fit resolutio q̄m putrefactio pter qd̄ semper declinādo pcedet. In ho

moteno tāta fit putrefactio quāta resolutio propter qđ continue uniformiter affligit et ideo dicitur homotenus ad homos quod est unū in augmasticus maior uero est putrefactō quā resolutio prop' q sēp augen' pcedit ūde augmastic' dicit' ab augeo auges. Istis sic habitis de temporibus hui' fe. cognitiōe nō imerito aliquis dubitet cū una semper decli nando alia augēda et alia sēper in codē sisten do procedet quare uidetur q ex modo affli ctionis hec tpa distinguere non ualeamus Dicendum q in omni egritudine duplex est stat' unus quo ad mē digestionē. Alius q° ad accidentiū senitatem. Unde quoniam isti duo quandoqz coicidūt. et quandoqz non ut in tribus istis febrium speciebus uerum ex ipsaꝝ afflictōe ista tpa minime cognoscun tur sed solum ex urine inspectiōe qz tunc est principiū cū nūdum uestigiū aliqđ digestio nis incipit apparere in salubri. augmētū uero est cum uestigiū digestionis incipit apparere in salubri. et i mortali cū malicia digestiōis in cipit augeri. ¶ Stat' āt i salubri cū pfecte si gna digestionis appareant. In mortali cū per fecte signa cruditatis et malignitatis appare ant. Ei isto modo hec tēpora cognoscuntur. Parū autē triū febriū specierū deterior aug mastic' existit minus mala homoten' itertio paugmasticus ¶ Signa hāc. n. fe. synoche ma nifestāt iflatiē sz hec sunt illis fortiora. Item hec ab illa distiguitur ex urina qz i hac ē uri na magis turbida ad aliqualē tendēs liuidi tatem. ē que fetēs ppterea in hac cauma ma ius existit in spiritualib'. unde maior fit ex piratio q ispiratio. In hac quoqz in pulsu di uersitas repitur qz maior sistoles quā diasto les existit ac puls' maior erit et uelocior quā i illa. Adest cū hac diuersitas saporis ac dul cedinis in gustu cū lingue nigredine et asperi tate pnostica. Et qz dictum est q ex urine in spectōe hui' fe. tēpora cognoscūtur. Quātū ad pnostica signa sciendū ē q quantū ē a pn cipio usqz ad primā apparitōez signorū dige stionis tātū est a prima apparitione usqz ad crisim ut iquit Gilbert' āglic' q si signa di gestionis in quarta icipiūt apparere cris fiat in septima et si i septima in decimaquarta et si in. xi. i uigesima et ñ añ q ē quia natura per . x. dies oppressa fuit adeo debilitata q si in xi. uestigiū digestionis icipiat apparere añq natura supra morbi materiam liberū hēat ar bitrium ad. xx. usqz pueniet. Et idē dicit si

i. xx. icipiāt apparere q in quadragesima. et nō añ crisis eueniet sup uno dicto hipocra tis se fundans in epidimia. Quidā enim fuit infirmus in cuius urina in. xvij. ypostasis ap paruit alba. et parua. et in. xiiij. sanatus est. Nota tamē quod si i. xi. signa pfecte digestio nis apparuerit cum accidētiū remissione in . xiiij. laudabilis crisis eueniet et si in. xvi. in xx. sed in. xi. uestigiā digestionis aliquod in cipit apparere uerisimiliter in. xvij. signa per fecte digestionis apparebūt quo in casu cri sis fiat i. xx. Et hāc puto fuisse intētionē Gil berti cū dixit a pª signoꝝ apparitōe uerūtñ crisis fit tarde uel cito ratione tenoris uirtu tis ac ratione diuersitatis materieꝝ. Sed ut plurimū fit in quarta āt septima per sudorē aut fluxū sanguinis nariū. ¶ Itē nota qđ qñ urina est magis intēsa ceteris paribus mor bus citius terminabitur et ideo si urina ualđ intensa signa digestionis incipiunt apparere hec febris ad bonum cito terminabitur et si eam remissa tardius et contra si cum urina i tensa signa appareant cruditatis in breui ad malum terminabitur et si cuz remissa tardi'. Ex quibus apparent q per urinam habeas pnosticari. Preterea signuz ut supra diceba tur q i augmastico calor est dissoluēs plusq cōsumens et sic calorem ptendit fore debilez qđ de ifirmo timendū existit In peraugma stico uero est econtra quia plus consumens quā resoluēs q caloris arguit fortitudinē et sic ē đ salute sperandū. In homoteno ē equal' cōsumptio et dissolutio et sic ratione huius tā de salute quā de morte equum existit iudici um. Item si ifirmus multuz angustiat et mō de uno latere modo ad aliud se reuoluat ma lum signum existit. et si habuerit inflatio nem in uentre et rugitum quēdam que ex so lutione non cessauerit mortale est. Itē si aliq pustule nigre aut liuiđ appareant morietur lachrime quoqz si pp h' febris maliciā appa ruerint cū hanelit' difficultate cū quo post somnū ifirmus se solito magis grauatū senserit ipsū denuncia moriturum. His sic uisis si san guis nimis subtilis fuerit quod ex inspectio ne ipsi' urine subtilitate et intensione cogno sces per celere admixtionem hec fiet quare prime digestionis superfluitatibus emissis p se ul' cū clisteri uel potiōe aliqua ca° precedē ti descripta egrum minue uel uētosas appoē non tamen ceteris parib' tanta est extrahen da sanguinis quātitas quāta in synoha inflati

na Auic. n. de uēa frōtis flōiaȝ facere docet q̄ꝫ in usu nō habemus. His sic pactis si uēter sti pticus fuerit cum clisteri uel aliqua ꝑtactaꝝ potionū leniat̄ deīde ad ulteriorē sanguinis putrefactionē ꝓhibendā ⁊ inductā remouen dā facias sic. ℞. aque endiuie. ℥. vi. aque lu puloꝝ aque cicoree ros. ⁊ buglos. an. ℥. ij. de acetositate citri de ribes de succo acetose ul' de limonib⁹. ℥. vi. fiat iulep aromaticū cū. ʒ. i. sanda. ru. cāpho. gra. iiij. ⁊ ambre. gra. i. ⁊ si nō habeas istos sirupos pone. ℥. i. zuca. albi ⁊ addē. ℥. i. aceti l'. ℥. i. ß. uini granatoꝝ ⁊ fiat si rupus ꝓ q̄tuor uicibus ⁊ frigidū da in potu in aurora diei. Uel facias sic. ℞. sirupi rosati. ℥. i. ß. aq̄ endiuie aq̄ zucarate an̄. ℥. i. ß. misce ꝓ vna uice ⁊ ī potu tribue. ul' facias sic. ℞. suc ci endiuie cicoree buglosse ⁊ lupuloꝝ an̄. ℥. ij bulliāt paꝝ dēīd colēt̄ dēīd. ℞. cap. ue. M. i. ß. fūiterre. M. i. iuiubaꝝ nūero. xij. fiat decoctō de qua accipe lib. i. misce cū succis quib⁹ ad de zucari lib. ß. aceti. ℥. i. ß. ⁊ fiat iulep aroma tizatū cum sandalis rub. ⁊ prebe ī quatuor uicibus. Uel facias sic. ℞. endiuie scariole ci coree an̄. M. ij. q̄tuor se. frigidoꝝ an̄. ℥. i. zuca ri taberzet. lib. i. ⁊ fiat sirupus addendo uin. granatoꝝ. ℥. iij. ⁊ aromatizet̄ cū sanda. ru. da ℥. i. ß. ꝓ uice cū. ℥. iij. aq̄ zuca. ul' aq̄ cicoree ul' fumiterre an̄. ℥. i. ß. ¶ Digesta materia si tibi euacuāda uideret̄ q̄ꝛ naturā alund̄ crisiȝ ten tare nō ꝯprehendes facias sic. ℞. cassie bene piguis. ℥. i. dyaprunis nicholai. sine scamonea. ℥. ß. ul' diacatoliconis. tandūdem dissoluatur cuȝ decoctōe cōi ⁊ facta dissolutōe addat̄. ℥. i. siru. uio. ⁊ fiat pot⁹ Ul' loco dyaprunis pone ꝯfectionē hamech electuarij de suc. ro. an̄. ʒ. i. Uel pone reubarbari infusi in aqua lactis ca praꝝ. ʒ. ij. spice. ℈. ß. deinde fiat expressio que addat̄ cū cassia ul' māna dissoluat̄ cū dcoctō ne suprascripta. Uel accipert̄ si potionē nolue rit. ʒ. vi. diacatoliconis ul' tantūdem dyapru nis ul' electuarij de succo rosa. cōfectionis ha mech an̄. ʒ. i. ß. ⁊ cū quo istoꝝ uolueris adde zuca quātū sufficit ⁊ fiat bolus qui deauret̄. ista oīa ꝯueniūt si sanguis putrefieret per ad mixtionē colere ⁊ ēt si ab intrinseco corrūpe ret̄ sine alicui⁹ extrīseci admixtione q̄ꝛ tunc satis rationale ē q̄d sanguis ille aliquas ptes colericas secū hēat admixtas ⁊ iō in isto casu cōueniret ēt decoctio de fumo terre descrip tiōe mesue. Uel da. ℥. ij. ꝯfectiōis d̄ māna me sue cū aqua lactis ul' adde zucarū ⁊ fac bolū. Uerū q̄ꝛ ex adustiōe colere sāguis ut ꝑmissū

est debito reddit̄ subtilior ad ipsi⁹ igrossatio nē Aliqui sic faciūt ⁊ ē Aui. ℞. iuiubarū nūe ro. c. dcoquātur ī lib. v. aque usq̄ȝ ad ꝯsump tionē tertie ꝑtis quib⁹ adde. ℥. viij. zucari ⁊ fiat iulep q̄ ī potu tribue. Uel facias sic. ℞. iuiuba. numero. xx. carnositatis piri. ℥. i. gra nati musci. ℥. ß. fiat dcoctio ī lib. ij. aq̄ usq̄ȝ ad cōsumptionē tertie ꝑtis ⁊ cū lib. ß. zucari fiat iulep. ꝓ quatuor uicib⁹ ⁊ potes dimitter̄ gra natū ⁊ adde uini granati. ℥. i. ⁊ aromatizetur cū sandalis citrinis. His factis si materiā eua cuandā cōprehenderes q̄ uis ꝑbe ex soluti uis suprascriptis deīde fricatōibus utere epi timatib⁹ cōfectiōib⁹ ⁊ alijs huiusmōi ut ī ꝑ cedēti capitulo tactū ē ⁊ idē dico ad sex rerū non naturaliū regimen: sȝ nutrimētū debȝ eē magis sanguinis ingrossatiuū ī quo cāu Aui. lentes docet exhibere cū aceto alijs uero ci barijs poni pōt sumach āt granatū ul' berbe ris āt pira. ul' citōia ꝑ frustra icisa Nos ytalici istū cibū lenitiuū cū aceto nō multū hēmus in usu. sȝ si eo uti uolueris fac sic ꝑmo eas elixa bis. ⁊ aquā primā abyciaſ. postea debite dco quātur ⁊ ēt eas aceto ⁊ uīo granatoꝝ. ul' ber beris ul' aliquo similiuȝ aspergas. Si āt san guis fuerit aquosus ꝑ admixtionē flātis aq̄ si nō ita copiosa fiat flōia. ut si sanguis sola q̄ꝫ titate peccaret. cetera fiāt ut ī ꝑcedentib⁹. ei⁹ tamē regimē magis ad siccū q̄ꝫ in alijs facias declinare ⁊ ob hoc lactuca ⁊ cucurbita n̄ sic sibi conueniūt ⁊ si uinū biberit cū aqua sibi limphet̄ in qua sit extinct⁹ calibs. Et si ante flōiaȝ clistere recipere nollet facias sic. ℞. ca pil. ue. M. i. floꝝ uiol. ⁊ buglosse an̄. ʒ. ij. iuiu baꝝ numero. xij. prunoꝝ numero. vi. tamarin doꝝ. ℥. ß. liquiricie. ʒ. i. ß. passulaꝝ. ʒ. ij. ß. ⁊ fiat decoctio de qua accipe. ℥. iij. ß. ⁊ in ea dissol ue. ℥. i. māne ul' cassie succi granatoꝝ muscorū ℥. ß. fiat potus facta flobotomia aliquē prebe ex sirupis suprascriptis. Quo facto si euacua re intendis hanc prebe potionē. ℞. capil. ue. M. i. thimi. ʒ. ij. aliter. ℥. i. ß. ℥℥. ℈. i. paꝝ buli ent ⁊ fiat expressio cui adde māne uel cassie ut supra distēperate. ℥. i. ⁊ fiat potus. Si aūt sanguis fuerit multum grossus quantum ad lenitionē ⁊ flobotomiā fiat ut supra Facta igi tur flobotomia quia sanguinis requirit̄ sub tiliatō. ℞. sirupi acetosi sipmplicis oximellis simplicis an̄. ℥. i. ß. aque endiuie aque capil. uene. ysopi an̄. ℥. ij. clarificet̄ pro duabus ui cibus ⁊ aromatizetur cuȝ optimo cinamomo sumat de isto quater. Uel. ℞. aque capil. ue.

añ.ʒ.iiij.aque cicoree aque endiuie.añ.ʒ.ij.
aceti.ʒ.i.zucari albi ʒ.iiij.ß.fiat iulep.pro tri
bus uicibus et aromatizetur cũ optimo cina
momo. Hoc facto potionem tribue infrascri
ptam. ℞.capil.ue.ysopi cuscute.añ.ʒ.ß.cico
ree endiuie.añ.q̃rtã partem. M.uui° passu
larum.ʒ.ij.liquiritie.ʒ.ij.fiat decoctio de q̃
recipe.ʒ.iiij.ß.i aqua infunde de turbit.ʒ.i.
uel.℈.iiij.ʒʒ.℈.ß.parum clare fiant et for
tis fiat expressio ĩ qua dissolue casie ul' mãne
ʒ.i.mellis rosa.ʒ.i.⁊ fiat pot°. Uel facias sic.
℞.turbit boni ⁊ electi.ʒ.ij.ʒʒ.℈.i.salis gẽme
spicenardi.añ.ʒ.ß.capill'.ue.℈.i. formẽt pil
lule cũ ozimi'le squilitico quaꝝ dosis sit.ʒ.i.
uel.℈.iiij.Uel.℞.diaficonis.ʒ.iiij.zucari albi
quantũ sufficit ⁊ fiat bolus. In alijs uero tã
in regimine sex reꝝ nõ naturaliũ quã medici
naliũ facias ut i.c. synoche ĩflatiue dictũ est.

Tractat° secundus de febrib° colericis octo continẽs ĩ se capitula. Capitulũ primũ est de febre tertiana pura ĩterpellata ⁊ ei° cura.

Ad euidẽtiã febriũ colricaꝝ. Sci
endum est quod colera ut ponit
Aui.prima primi.ca° de humori
bus est duplex naturalis.s.⁊ nõ
naturalis. Naturalis ut cõiter dicitur est hu
mor purus qui in sua dispositione naturali nõ
mutatus est calidus ⁊ siccus in colore rube
us in sapore amarus in odore oridus sanguis
spũẽ assimilat° per decoctionẽ superfluã ex
secunda digestione ꝑductus. Non natura
lis uero est duplex scilicet pura ⁊ non pura.
Pura generat̃ ꝑpter causaꝫ ĩnaturali colera
existentẽ ipsam extra naturã ꝓpriam extra
hentem ⁊ ex ista tertiana pura generat̃. Non
pura est duplex quia quedã per admixtionẽ
flegmatis ⁊. quedã p admixtionẽ melãcolie.
Prima uocatur nota uel famosa. Secũda uo
minoris fame ⁊ ex his tertiana non generat̃
de qua fiet mẽtio in sequentib° capitulis. Ex
colera triplex generatur febris.s.tertiana p
iodica que est febris ex colera extra uenas
existentes puniẽs cuius est de tertio in terti
um infirmũ affligere. Continua est febris pro
ueniens a colera intra uenas existente nõ mul'
tum cordi ꝓpinquãs in qua ⁊ si continue af
fligatur infirmus de tertio in tertiũ maĩfesta
percipit̃ excrescentia qua de re ⁊ continua
ꝓporcional' de colera communiter nũcupatur.
Causon est fe.ex colera intra uenas cordi ꝓ
pinquas existente ꝓueniens sicut in pulmo
ne stomaco uel epate ⁊cete. que consimiliter
continue egrum affligit. istaꝝ autem differen
tia infra deo duce patebit. Item tertiana pe
riodica quedam est pura ⁊ quedam nõ pura.
De pura autem sit presens sermo que est
fe.ex pura colera extra uenas putrescente ꝓ
ueniẽs cuius est de tertio in tertium facere
poxismũ qui citra.xij.horam terminat̃ sem
per. Cuius sigã sunt quia incipit cuꝫ horripi
latione simil' puncture acuũ. frigus autem si
quidem affuerit cum quodam admixto calo
re pcipitur. Calor aũt ĩ breui ad extra expã
ditur ⁊ fit magnus.⁊ intẽsus ualde propter
quod infirmus angustiatur ⁊ sitis causatur
ualida ad tactum autem sentiẽs mordicatio
nem caloris. Pulsus in pricipio poxismi est
prius spissus ⁊ tardus notabilẽ nõ habẽs di
uersitatem ĩ statu tamẽ est magnus ⁊ uelox.
Urina in colore est ignea. aut ruffa uel citria
cum substantia tenui habens malum odoreꝫ.
Et in hac fe. sepe fit alienatio.⁊ uomit° colerꝫ
quãdoqꝫ ⁊ similiter fluxus uentris spõtane°
⁊ interdum sudor copiosus. qr ei° poxism°
cum sudore sensibili ⁊ manifesto terminatur
qui ut in plurimũ in octo finitur horis. lon
gior tamẽ duodecimã nõ transit horam. Et hec
febris ut plurimũ accidit in ꝯplexionib° eta
tibus regionibus tẽporib° calidis ⁊ in his
maxime qui regimine colere multiplicatiuo
utunt̃ quod si eotũc plures in hanc febrem
tertianã inciderit infirmũ ipsam pati his si
gnis uel ipsoꝝ plurib° apparentib° nõ dubi
tabis. Quantum ad signa ꝓnostica hec feb.
in septimo finitur paroxismo ut infra et ei°
paroxismus in.xij.hora uel citra terminatur
cũ sudore scilꝫ ⁊ iõ quãto afflictio fuerit mi
nor ⁊ sudor copiosior ceteris paribus tanto
magis fe. termininabit̃ unde ⁊ sudore copioso
uel fluxu uentris spontaneo fe.h in uno per
oxismo sepe terminatur Sꝫ ei° plixitatem
ex accidẽtiũ seuitate cõprehendens in poxis
mis. Nam si accidẽtia secundo poxismo fuc
tint fortiora. In tertio uero remissiora scias
ipsum finituram in quarto qđ sepissime ac
cidit. Sꝫ si in poxismo septimo terminari đ
bet in quarto egritudo erit in statu.⁊ in qui
to accidẽtia remitti incipiunt. Et quia ĩ hac
fe. terribilia sunt accidẽtia ⁊ semp talia pdi
cere mẽor esto ꝙ si in tertio paroxismo flõi
am uel aliud infirmo feceris ⁊ non pdixeris
quartum poxismũ debere infirmum magis

affligere.tūc ī quarto dicēt astātes.floboto
miā tuam.ul'aliud ꝙ ante approximaueris
infirmū interfecisse.His expeditis ad curaꝫ
uenio quid sit fiendum hora paroxismi. Pri
mo est dicendum ut infirmus usqꝫ ad ꝺcli
tionē dormire nō pmittatur In declinatione
uero si dormierit ⁊ suaderit bonum crit.et si
in principio paroxismi nausea superuenerit
cum aqua tepida ad uomendum irritetur
cum medico aceti mixta. ¶ Uel facias sic.
℞.c.sirupi acetosi simplicis. ℥.i.ß.aque tepi
de.℥.v misce ⁊ in potu tribue deinꝺ cū digito
uel pēna oleo intincta uomitum ꝓuoca quo
facto os cum aqua ordei colue .Cum autem
calor incipit expandi cū leui fricatiōe inuect
nichil comedat neque bibat durante paroxis
mo usque in declinatione uel in fine status
si fieri potest.Sꝫ sepe sibi os cum aqua frigi
da lauet ul' aliter sitiꝫ decipere procures cuꝫ
zucaro cādi uel manusxpi.uel cū granis gra
natoꝝ uel cuꝫ similibus.Et si eum a potatōe
abstinere non uales da zucarum rosa. cum
aqua frigida boni fontis ul' simpliciter buli
tam uel da zucarū uio.fluxu uentris non pro
hibente.uel aquam ordei.aut zucari uel aq̄
simpliciter coctaꝫ cūm iulep.rosa.uel uiola.
uel cū iulep ꝙ portari solebat de damasco
fco' cuꝫ aqua ros.⁊ zucaro taberizet.Sed ꝺ
hui⁹ zucaro rosa.in his febribus.mi Antoni
magliac ueluti ⁊ praticantes iā fecerunt plu
rimi me radarguet qui auctoritate sola ꝯtenti
dicto ras.tertio almansoris faciliter acquie
scunt qui inquit zucaꝝ rosa.stomaco humo
ribus repleto si a ieiuno sūatur et bene ma
sticetur ꝯfert quando post ipsū aqua bibitur
calida hi qui calorē ⁊ ardorē patiūtur nullo
mō comedere debēt ⁊ maxime si estas affue
rit.calefacit.n.⁊ siti īducit hi enī pp hūc tex
tū zucaꝝ rosa.dare ī fe.his execrabile putāt.
Sꝫ ne tuū animū credere his īducas. Scito
zucarū rosa.secundū qꝺ dixi mō exhibitū in
hoc casu cōuenire.cū colera q̄ hāc fe. causat
subtilis sit ⁊ ualde intensa cui⁹ ex causa sitis
fit ualꝺ ualida ro.uero zucaꝝ ⁊ p̄cipue nouū
mō quo supra datū colerā illā īgrossat ⁊ iten
sionē ei⁹ remittit sitim extinguit.⁊ spiritus
